

possimus incurrere, dicente Domino : *Furem videbas et currebas cum eo et cum adulteris portionem tuam ponebas* : hæc sunt, quæ deinceps intuitu divini iudicii omnes catholicos episcopos expedit custodire.

I. Ut extra conscientiam sedis apostolicæ, hoc est primatis, nemo audeat ordinare : integrum enim iudicium est quod plurimorum sententia consequitur.

II. Ne unus episcopus episcopum ordinare præsumat propter arrogantiam, ne furtivum **192** beneficium præstitum videatur : hoc enim in synodo Nicæna constat esse definitum.

III. Item si quis post remissionem peccatorum cingulum militiæ sæcularis habuerit, ad clerum admitti non debet.

IV. Ut mulierem, id est viduam, clericus non ducat uxorem.

V. Ut is qui laicus viduam duxerit non admittatur ad clerum.

VI. Ut de aliena ecclesia ordinare clericum nullus usurpet.

VII. Ut abjectum clericum alia ecclesia non admittat.

VIII. Ut venientes a Novatianis vel Montensibus per manus impositionem suscipiantur ex eo quod rebaptizant.

IX. Præterea, quod dignum et pudicum et honestum est, suademus [D. studemus], ut sacerdotes et levitæ cum uxoribus suis non coeant, quia in ministerio ministri quotidianis necessitatibus occupantur ; ad Corinthios namque Paulus sic scribit, dicens : *Abstinetis, ut vacetis orationi*. Si ergo laicis abstinentia imperatur ut possint deprecantes audiri, quanto magis sacerdos utique omni momento paratus esse debet, ut munditiæ puritate securus sacrificium offerat aut baptizare cogatur ? qui si contaminatus fuerit carnali concupiscentia, quid faciet ? quid excusabit ? quo pudore, qua mente usurpabit ? qua conscientia, quo merito hic exaudiri se credit,

cum dictum sit : *Omnia munda mundis, coinquinatis autem et infidelibus nihil mundum* ? Qua de re hortor et moneo et rogo tollatur hoc opprobrium quod potest jure etiam gentilitas incusare. Forte creditur quia scriptum est : *Unius uxoris virum* : non permanentem in concupiscentia generandi dixit, sed propter continentiam futuram. Neque enim integro corpore non admisit qui ait : *Vellem autem omnes homines sic esse, sicuti et ego* ; et apertius declarat, dicens : *Qui autem in carne sunt Deo placere non possunt : vos autem jam non estis in carne, sed in spiritu*.

193 Hæc itaque, fratres, si plena vigilantia fuerint ab omnibus observata, cessabit ambitio, dissensio conquiescet, hæreses et schismata non emergent, locus non accipiet diabolus sæviendi, manebit unitas, iniquitas superata calcabitur, charitas spirituali fervore flagrabit, pax prædicata labiis cum voluntate [D., voluptate] animi concordabit, pax utique Dei nostri quam Salvator ipse jam proximus passionis servandam esse præcepit, et hæreditario eam nobis jure dereliquit, dicens : *Pacem meam relinquo vobis*, et dictum Apostoli : *Ut unanimes unum sentientes permaneamus in Christo, nihil per contentionem nobis, neque per inanem gloriam vindicantes, nec hominibus, sed Deo nostro salvatori placeamus*. His præceptis omnibus si fideliter voluerimus obedire, custodiet Dominus corpora nostra et animas nostras in die qua redditurus est unicuique secundum opera sua. Si quis sane inflatus mente carnis suæ ab hac canonis ratione voluerit evagari, sciat se et a nostra communione seclusum et gehennæ pœnas habiturum. Præterea misericordia cum iudicio esse debet ; talibus enim oportet manus porrigere, qui sic currentem non pertrahant in ruinam. Datum Romæ in concilio episcoporum octoginta sub die ix Idus Januarii [D., Kalendas Januarias] post consulatum Honorii Augusti et Bautois.

GALLIÆ CONCILIA.

XXI

CONCILIIUM ARELATENSE PRIMUM

A PLURIMIS EPISCOPIS GESTUM, IN CIVITATE ARELATO, APUD MARINUM EPISCOPUM, TEMPORIBUS CONSTANTINI IMPERATORIS, EO TEMPORE QUO ETIAM CONCILIIUM NICÆNUM HABITUM EST TRECENTORUM DECEM ET OCTO EPISCOPORUM.

Domino et sanctissimo Silvestro episcopo cælestis **D** uno tempore per omnem orbem observetur et juxta consuetudinem litteras ad omnes tu dirigas.

195 II. *Ut ubi quisque [T. 2 add. minister] ordinatur permaneat.*

De his qui in quibuscunque locis ordinati fuerint ministri in ipsis locis perseverent.

I. *Ut uno die et tempore pascha celebretur.*

De observatione paschæ dominicæ, ut uno die et

III. *Ut qui in pace arma projiciunt excommunicentur.* A

De his qui arma projiciunt in pace, placuit abstinere eos a communione.

IV. *Ut aurigæ dum agitant excommunicentur.*

De agitatoribus qui fideles sunt, placuit eos quando agitant, a communione separari.

V. *Ut qui in theatris conveniunt excommunicentur.*

De theatricis, et ipsos placuit quandiu agunt, a communione separari.

VI. *In infirmitate conversi manus impositionem accipiant.*

De his qui in infirmitate credere volunt, placuit debere his manum imponi.

VII. *De præsibus ut cum conscientia episcopi sui communicent.*

De præsibus qui fideles ad præsdatum prosiliunt ita placuit, ut cum promoti fuerint litteras accipiant ecclesiasticas communicatorias, ita tamen ut in quibuscunque locis gesserint, ab episcopo ejusdem loci cura illis agatur, ut cum cœperint contra disciplinam publicam agere, tum demum a communione excludantur: similiter et de his qui rempublicam agere volunt.

VIII. *Ut ex hærese conversi si in Trinitate baptizati sunt, manus impositionem accipiant.*

De Arianis qui propria lege sua utuntur ut rebaptizentur, placuit si ad ecclesiam aliqui de hac hærese venerint, interrogent eos symbolum, et si perviderint eos in Patre et Filio et in Spiritu sancto esse baptizatos, manus eis tantum imponatur ut accipiant Spiritum sanctum; quod si interrogati non responderint hanc Trinitatem, baptizentur.

IX. *Ut qui confessorum litteras portant alias recipiant.*

De his quis confessorum litteras afferunt, placuit ut, sublatis eis litteris, alias accipiant communicatorias.

196 X. *Ut si cujus uxor adulteraverit aliam non accipiat.*

De his qui conjuges suas in adulterio deprehendunt, et idem sunt adolescentes fideles et prohibentur nubere, placuit quantum possit consilium eis detur, ne viventibus etiam uxoris suis, licet adulteræ sint, ut non alias accipiant.

XI. *Ut feminae fideles quæ Gentilibus se junxerint excommunicentur.*

De puellis fidelibus quæ Gentilibus junguntur, placuit ut aliquanto tempore a communione separantur.

XII. *Ut clerici feneratorum excommunicentur.*

De ministris qui feneratorum, placuit eos juxta formam divinitus datam a communione abstinere.

XIII. *Ut proditores fratrum, vel vasorum sacrorum, seu Scripturarum, cum verberibus deponantur.*

De his qui Scripturas^a tradidisse dicuntur, vel vasa dominica, vel nomina fratrum suorum, placuit nobis ut quicumque eorum in actis publicis fuerit detectus, non verbis nudis, ab ordine cleri amoveatur: nam si idem aliquos ordinasse fuerint depre-

hensi et de his quos ordinaverunt ratio subistit, non illis obstat ordinatio. Quoniam multi sunt qui contra Ecclesiam repugnare videntur et per testes redemptos putant se excusatione admitti debere, omnino non permittantur nisi, ut supra diximus, actis publicis docuerint.

XIV. *Ut falsi accusatores fratrum usque ad exitum excommunicentur.*

De his qui falso accusant fratres suos, placuit eos usque ad exitum non communicare, sed falsum testimonium juxta Scripturam impunitum non licere esse.

XV. *Ut levitæ non offerant.*

De diaconibus, quos cognovimus multis locis offerre, placuit minime fieri debere.

XVI. *Ut pœnitentes ubi accepterint orationem ibi communicentur.*

De his qui pro delicto suo a communione separantur^a ita placuit, ut in quibuscunque locis fuerant exclusi, eodem loco communionem consequantur.

197 XVII. *Ut nullus episcopus alium conculcet episcopum.*

Ut nullus episcopus alium episcopum conculcet.

XVIII. *Ut diaconus nihil sine presbytero offerat.* b

De diaconibus urbicis ut non tantum sibi præsument, sed honorem presbyteris reservent, ut sine conscientia ipsorum nihil tale faciant.

XIX. *Ut peregrino episcopo locus sacrificandi detur.*

De peregrinis episcopis qui in urbem solent venire, placuit illis locum dari et offerant.

XX. *Ut sine tribus episcopis nullus episcopus ordinetur.*

De his qui usurpant sibi soli debere episcopum ordinare, placuit ut nullus hoc sibi præsumat, nisi assumptis sibi aliis septem episcopis; si tamen non poterit septem, infra tres non audeat ordinare.

XXI. *Ut clericus alibi transiens excommunicetur.*

De presbyteris aut diaconibus qui solent dimittere loca sua in quibus ordinati sunt et ad alia loca translulerunt se, placuit ut his locis ministrent ut si, relictis locis suis, ad alium locum se transferre voluerint deponantur.

XXII. *Ut apostatæ qui tardius revertuntur nisi per dignam pœnitentiam non recipiantur.*

De his qui apostatant et nunquam se ad ecclesiam repræsant, nec quidem pœnitentiam agere quærunt, et postea infirmitate arrepti petunt communionem, placuit eis non dandam communionem nisi revaluerint [U., G., prævauerint] et egerint dignos fructus pœnitentiæ.

Ex Sicilia^c Syracusanorum Sixtus episcopus et Florus diaconus; ex provincia Campaniæ civitatis Protinus episcopus et Agrippa Tutillaque diacones: ex provincia Apuliæ Pardus episcopus et Crescens diaconus; ex provincia Dalmaciæ Theodorus episcopus et Agathon diaconus: ex urbe Roma quos Sylvester episcopus 198 misit Claudianus et Avitus presbyteres, Eugenius et Cyriacus diacones: ex provincia Italiæ Orosius

^a Æ., B. R., E, 3, T. 1, 2, U., *Scripturas sanctas.*

^b T., 2, U. 1, G., *agat.*

^c Sub initium Arelatensis secundi inveniuntur in omnibus Codicibus nomina episcoporum qui huic

Arelatensi primæ synodo interfuerunt; in hunc igitur locum transferri debere, et episcoporum numerus et sequentis concilii canon decimus octavus aperte conviucunt.

episcopus, Nazareus lector : ex provincia Viennensium civitatis Arelatæ Marinus episcopus, Salamas presbyter, Nicatius, Afr., Ursinus et Petrus diacones : ex provincia qua supra Viennensium Verus episcopus, Beclas exorcista : ex civitate Vasioe Damnas episcopus et Victor exorcista : ex civitate Arausicorum Laustinus presbyter : ex Porta Innocentius diaconus, Agapius exorcista : ex provincia Galliæ civitatis Rhemorum Imbethausius [B. R., Bethausius] episcopus, Primigenius diaconus : ex civitate Rothomagensium Avidianus episcopus, Nicetius diaconus : ex civitate Augustoduni Petus episcopus, Amandus presbyter, Philomatus diaconus : ex civitate Leudona Votius * episcopus, Petaluis exorcista : ex civitate Arrippina Maternus episcopus, Marinus diaconus : ex provincia Aquitanica civitatis Vagalum Genialis episcopus : ex civitate Burdegala Orientalis episcopus, Flavius diaconus : ex civitate Trevirorum [U., Treverorum] Agricius episcopus, Felix exorcista : ex civitate Tolosa Martinus episcopus, Leoncius diaconus : ex provincia Britannicæ Eburius episcopus :
 * *Æ.*, Notius. BR., U., G., Novotius.

ex civitate Lugdunensium Restitutus episcopus : ex civitate C'unia Adelphus episcopus, Soter presbyter : ex civitate Rhemorum Liberius episcopus, Florentius diaconus : ex civitate Bætica Sabinus presbyter : ex civitate Ursulentium Natalis presbyter, Cytherius diaconus : ex civitate Tarracona Probatius presbyter, Castorius diaconus : ex civitate Cesaraugusta Clementius presbyter, Rufinus exorcista : ex civitate Bastigentium Termarius presbyter, Victor lector : ex provincia Mauritanicæ Cesar'ensis Fortunatus episcopus, Deuterius diaconus : ex provincia Sardinicæ Quintus [T. 2, Quintinus] episcopus, Ammonius presbyter : ex provincia Africæ Cæcilianus episcopus, Sperantius diaconus : ex civitate Onina Lampadius episcopus : ex civitate Utica Victor episcopus : ex civitate Beneventana Anastasius episcopus : ex civitate Turbustana Faustus episcopus : ex civitate Cocofeltis Surgentius episcopus : ex provincia Numidicæ Victor episcopus ; ex civitate Viensium Vitalis episcopus : ex porto urbis Romæ Gregorius episcopus : ex Centumcellis Epictetus episcopus : ex civitate Ostiensi Leontius et Macarius presbyteres.

XXII

CONCILIUM ARELATENSE SECUNDUM.

199 I. *De neophytis clerici ne ordinentur.*

Ordinari ad diaconatus ac sacerdotii officium neophytum non debere.

II. *Qualiter conjugati ad sacerdotium promovantur.*

Assumi aliquem ad sacerdotium non posse in conjugii vinculo constitutum, nisi fuerit præmissa conversio.

III. *Ut nullus clericus aut diaconus in solatio suo extraneam habeat mulierem.*

Si quis clericus a gradu diaconatus in solatio suo mulierem præter aviam, matrem, sororem, filiam, neptem vel conversam secum uxorem, habere præsumperit, a communione alienus habeatur : per quosque et mulierem, si se separare noluerit, pœna percellat.

IV. *Ut nullus clericus in cellario vel secreto intronitit puellam.*

Nullus diaconus, vel presbyter, vel episcopus ad cellarii secretum intronitit puellam, vel ingenuam, vel ancillam.

V. *Ut episcopus cum ordinatur, cum consensu metropolitani tres eum ordinent episcopi.*

Ut episcopum sine metropolitano, vel epistola metropolitani, vel tribus comprovincialibus non liceat ordinari, ita ut alii comprovinciales epistolis admonentur, ut se suo responso consensisse significant ; quod si inter partes aliqua nata fuerit dubitatio, majori numero metropolitani in electione consentiat.

VI. *De episcopo qui sine conscientia metropolitani fuerit ordinatus.*

Illud autem ante omnia clareat, eum quis sine con-

scientia metropolitani constitutus fuerit episcopus juxta magnam synodum esse episcopum non debere.

200 VII. *De his qui seipso abscidunt.*

Hos qui se carnali vitio repugnare nescientes abscidunt, ad clericatum pervenire non posse.

VIII. *De his qui excommunicatos alterius suscipiunt.*

Si quis excommunicatum alterius, sive clericum, sive sæcularem, recipere post interdictam præsumperit, noverit se reum fraternitatis factum causam in concilio redditurum.

IX. *Ut Novatiani in communionem non recipiantur.*

Novatianum in communionem recipi non debere, nisi suscepta pœnitentiæ credulitate præteritum damnet errorem.

X. *De his qui in persecutione prævaricati sunt.*

De his qui in persecutione prævaricati sunt, si voluntarie fidem negaverunt, hoc de eis Nicæna synodus statuit, ut quinque annis inter catechumenos creant, et duobus inter communicantes, ita ut communionem, inter pœnitentes non præsumant ; in potestate tamen vel arbitrio sit episcopi, ut si eos ex animo errorem deslere et agere pœnitentiam viderit, ad communionem pro ecclesiastica humanitate suscipiat.

XI. *De his qui panis victi sacrificare compulsi sunt.*

Si qui vero dolore victi et pondere persecutionis regere vel sacrificare compulsi sunt, duobus annis inter catechumenos, et triennio inter pœnitentes habeantur a communione suspensi.

* *Æ.*, centum quatuordecim episcoporum. B. R., T. 1, centum tredecim episcoporum.

XII. *De his qui in penitentia positi vita excesserunt.*

De his qui in penitentia positi vita excesserunt, placuit nullum communionem vacuum debere dimitti, sed pro eo quod honoravit penitentiam oblatio illius recipiatur.

201 XIII. *Ut ne quis qualibet necessitate suam relinquat Ecclesiam.*

Nullus ejusque ordinis clericus, non diaconus, non presbyter, non episcopus quacunq[ue] occasione faciente propriam relinquat Ecclesiam, sed omnimodis ad excommunicatum aut redire cogatur: quod si aliquo commorationis tempore, invito episcopo suo; in aliena ecclesia habitans ab episcopo loci clericus fuerit ordinatus, hujusmodi ordinatio irrita habeatur.

XIV. *Ne clericus usuras accipiat.*

Si quis clericus pecuniam dederit ad usuram, aut conductor alienæ rei voluerit esse, aut turpis lucri gratia genus aliquod negotiationis exercuerit, depositus a clero a communionem alienus fiat.

XV. *Ne diaconus coram presbytero sedeat vel eucharistiam tradat.*

In secretario diacono inter presbyteres sedere non liceat, vel corpus Christi præsentem presbytero tradere non præsumat; quod si fecerit, ab officio diaconatus abscedat.

XVI. *Ut Photiniani et Paulianistæ baptizentur.*

Photinianos vero sive Paulianistas secundum Patrum statuta baptizari oportere.

XVII. *De hæreticis baptizatis.*

Boniticos autem ex eodem errore venientes, quos sicut Arianos baptizari in Trinitate manifestum est, dum interrogati fidem nostram ex toto corde confessi fuerint, cum crismate et manus impositione in Ecclesia recipi sufficit.

XVIII. *Ut metropolitani arbitrio synodus congregetur.*

Ad Arelatensis episcopi arbitrium synodus congreganda, ad quam urbem ex omnibus mundi partibus sub sancti Marini tempore legitime celebratum fuisse concilium atque conventum: si quis communitus in-

* U., capitalia objecisse crimina convicti fuerint.

A firmitatis causa defuerit, personam suam vice dirigat.

XIX. *Ut nulli episcopo liceat a synodo discedere.*

Si quis autem adesse neglexerit, aut cœtum fratrum antequam concilium dissolvatur crediderit deserendum, alienatum se a fratrum communionem cognoscat, nec eum recipi liceat nisi in sequenti synodo fuerit absolutus.

XX. *De aurigis et theatricis fidelibus.*

De agitatoribus sive theatricis qui fideles sunt, placuit eos quandiu agunt, a communionem separari.

XXI. *Si post acceptam penitentiam quis nupsierit.*

Pœnitentes, quæ defuncto viro aliis nubere præsumpserint, vel suspecta vel interdicta familiaritate cum extraneo vixerint, cum eodem ab Ecclesiæ liminibus arceantur: hoc etiam de viro in penitentia posito placuit observari.

XXII. *Ut penitentia conjugatis ex consensu detur.*

Penitentiam conjugatis non nisi ex consensu dandam.

XXIII. *De sacerdotibus qui idololatriam non evertent.*

Si in alicujus presbyteri territorio infideles aut faculas, accendunt aut arbores, fontes vel saxa venerantur, si hoc eruere [T. 2, evertere] neglexerit, sacrilegii reum esse cognoscat: dominus aut ordinator rei ipsius, si admonitus emendare noluerit, communionem privetur.

XXIV. *De accusatoribus fratrum.*

Eos qui falso fratribus suis capitalia objecisse convicti fuerint, placuit usque ad exitum non communicare, sicut magna synodus ante constituit, nisi digna satisfactione pœnuerint.

XXV. *De apostatis si non revertantur.*

Hi qui post sanctam religionis professionem apostatant et ad sæculum redeunt, et postmodum penitentiam remedia non requirunt, sine penitentia communionem penitus non accipiant: quos etiam jubemus ad officium clericatus non admitti, et quicumque ille post penitentiam habitum sæcularem non præsumat; quod si præsumperit, ab Ecclesia alienus habeatur.

XXIII

CONCILIIUM ARELATENSE TERTIUM

DUODECIM * EPISCOPORUM, HABITUM ERA CCCCLXI, MARCIANO AUGUSTO REGNANTE, OPILIONE ET VINCOMALONE CONSULIBUS, VIII IDUS JULIAS.

203-204 Cum in voluntate Dei ad dedicationem basilicæ sanctæ Mariæ in Arelatensi civitate sacerdotes Domini convenissent, congruum eis et rationabile visum est ut primum de observandis canonibus attentissima sollicitudine pertractantes, qualiter ab ipsis ecclesiastica regulæ servarentur, salubri consilio definiunt.

1. *Ut diaconus ante viginti quinque annos, et sacerdos ante triginta annos non ordinetur.*

Et quia in ordinandis clericis antiquorum Patrum

* In reliquis præter A. quatuordecim,

D statuta non ad integrum, sicut expedit, observata esse cognoscitur, ne forte quorumcunq[ue] importunis et inordinatis precibus sacerdotes Domini laigentur, et ea quæ [U., quæ constituta sunt] toties sunt præcepta transgredi compellantur, hoc inter se observandum esse definiunt: ut nullus episcoporum diaconem, antequam viginti et quinque annos impleat, ordinare præsumat: episcopatus vero vel presbyteratus honorem nullus laicus ante præmissam

conversionem [*Æ.*, *BR.*, *U.*, conversationem] vel A ante triginta ætatis annos accipiat.

II. *Ut laicus ante annum conversionis non ordinetur.*

Et licet de laicis prolixiora tempora antiqui patres ordinaverint observanda, tamen quia accrescente ecclesiarum numero necesse est nobis plures clericos ordinare, hoc inter nos sine præjudicio duntaxat canonem constitit antiquorum, ut nullus metropolitanorum cuicumque laico dignitatem episcopatus tribuat, sed nec reliqui pontifices presbyterii vel diaconatus honorem conferre præsumant, nisi anno integro fuerit præmissa conversio.

III. *Ut digami vel pœnitentes vel repudiarum mariti ad sacerdotium non promoveantur.*

Nullus pœnitentem, nullus digamum vel internuptiarum maritos in prædictis honoribus audeat ordinare. Et licet hæc jam prope omnium [T. 1, omnia] canonum instituta contineant, tamen ne cuicumque sacerdotum supplicantium, sicut jam diximus, importunitas vel suggestio iniqua [*U.*, *G.*, aliqua] subripiat, necesse fuit ut nunc severiorem regulam sibi velint Domini sacerdotes imponere : et ideo quicumque ab hac die contra ea quæ superius sunt comprehensa clericum ordinare præsumperit, ab ea die qua hoc ei potuerit approbari anno integro missas facere [T. 2, agere] non præsumat : quam rem si quis observare noluerit, et contra consensum fratrum faciens, missas celebrare præsumperit, ab omnium fratrum charitate noverit se alienum; quia dignum est ut severitatem ecclesiasticæ disciplinæ sentiat qui salubriter a sanctis patribus instituta observare contemnit.

^a *Æ.* Filarius B. R. E., 3. U. *Filagrius.*

^b Repeti videntur nomina Florentii et Cypriani: quamobrem duodecim episcopos huic interfuisse con-

IV. *De clericis alienis qui sunt ab aliis defensi.*

Et si forte aliquis clericorum regulam disciplinæ ecclesiasticæ subterfugiens fuerit evagatus, quicumque eum susceperit, et non solum pontifici suo non reconciliaverit, sed magis defendere præsumperit, ab Ecclesiæ communione privetur.

Cæsarius in Christi nomine episcopus definitionem hanc sanctorum fratrum meorum vel meam relegi et subscripsi.

Contumeliosus episcopus consensi et subscripsi.

Philaerius ^a episcopus subscripsi.

Prætextatus episcopus subscripsi.

Maximus episcopus subscripsi.

Julianus episcopus subscripsi.

Florentius [*E.* 3, Florentinus] episcopus subscripsi.

Cyprianus episcopus subscripsi.

206 Montanus episcopus subscripsi.

Florentius^b, episcopus subscripsi.

Cyprianus episcopus subscripsi.

Cælestinus [*Æ.* *BR.*, Cælestius] episcopus subscripsi.

Porcianus episcopus subscripsi.

Eucherius episcopus subscripsi.

Cataphronius presbyter directus a dominis meis Agricio et Severo episcopis consensi et subscripsi.

Ego Desiderius presbyter directus a domino meo Joanne episcopo consensi et subscripsi.

Leontius presbyter directus a domino meo Constantino [*Æ.* T. 1, Constantio] episcopo subscripsi.

Ego Hemeterius directus a domino meo Galliciano episcopo consensi et subscripsi.

cillo ex A. Codice recte diximus, quamvis quatuordecim adfuisse scripserint reliqui Codices.

XXIV

CONCILIIUM VALENTINUM

VIGINTI EPISCOPORUM, HABITUM ÆRA CCCXXIII, GRATIANO ET VALENTINIANO IMPERATORIBUS, SUB DIE IV IDUS JULIAS, GRATIANO TERTIO ET EQUITIO [*E.*, 3, QUINTIO] CONSULIBUS.

Dilectissimis fratribus per Gallias et quinque provincias constitutis episcopis Fægadius ^a Eumerius, Florentius, Artemius, [*Æ.*, Anthemius] Æmilianus, Britto, Justus, Euphrodus [*Æ.*, Euphrodus. *U.*, Eusebicus] Rhodamius, Eortius, Cretus, Concordius, Constantius, Paulus, Antherius, Felix, Neoterius, Urbanus, Simplicius et Vincentius episcopi in Domino salutem. Transactis Valentiniæ omnibus et in Dei nomine in statu meliori compositis quæ fuerant scripta causa discidium, quorumdam fuit patrum utilis et religio suggestio, retractandum etiam de his quæ nec recipere possumus ob Ecclesiæ sanctitatem, nec tamen usurpata consuetudinis causa damnare. Ita enim per omnes Ecclesias ejusmodi vitiorum germen inolevit, et ad plena remedia non facilis sit recursus,

D certe non sine verecundia eorum quos causa contingit : quocirca fratres librato diu moderatoque consilio ea cautelæ ratio servata est, quæ et scandala submoveret et sanctitatem Ecclesiæ custodiret.

207 I. *De digamis ne consecrentur.*

Sedit igitur, neminem post hanc synodum, quæ ejusmodi illicitis vel sero succurratur, digamos aut internuptiarum maritos ordinari clericos posse; nec requirendum utramne initiati sacramentis divinis, anne Gentiles hac se infelicis sorte necessitate macularint.

II. *Ut Deo vota [*Æ.*, devota] si maritaverit vel machaverit, pœnitentiæ deputetur.*

De puellis vero quæ se voverint, si ad terrenas nuptias sponte transierint, id custodiendum esse de-

^a Ex *Æ.*, B. R., E. 3., T. 1, U. In A. et reliquis: Egdadius. In T. 2, Fægatus.

crevimus, ut pœnitentia his nec statim detur, et cum data fuerit, nisi plene satisfecerint Deo, in quantum ratio poposcerit earum [*Æ., BR., E. 5, earundem*] communio differatur.

III. *Ut qui baptizati idola colunt vel incesto polluti sunt, agant pœnitentiam.*

Circa eorum vero personas, qui se post unum et sanctum lavacrum vel profanis sacrificiis dæmonum vel incesta lavatione polluerint, eam censuræ formam duximus esse servandam, ut his juxta synodum Nicœnam satisfactionis quidem aditus non negetur, nec infelicibus lacrymis vel solatii janua desperatione claudatur, acturi pœnitentiam usque in diem mortis, non sine spe tamen remissionis, quam ab eo plene sperare debebunt qui jus ejus et solus obtinet et tam dives misericordiæ est ut nemo desperet; Deus enim mortem non fecit nec lætatur in perditione vivorum.

IV. *Ut sacerdos vel levita, si de se crimen aliquod confitatur, deponatur.*

Nec illud, fratres, scribere alienum ab Ecclesiæ utilitate censuimus, ut sciretis, quicumque **208** sub ordinatione vel diaconatus, vel presbyterii, vel episcopatus, mortali crimine dixerint se esse pollutos, a supradictis ordinationibus submovendos, reos scilicet vel veri confessione vel mendacio falsitatis: neque enim absolvi potest in his, nisi in se ipsos dixerint, quo dictum in alios puniretur, cum omnis qui

A sibi fuerit mortis causa major homicida sit. Divina pietas vos in æternum custodiat, dilectissimi fratres.

Item alia eorumdem quorum supra.

Dilectissimis fratribus clero et plebi ecclesiæ Forojuliensis Fægadius, Eumerius, Florentius, Artemius, Æmilianus, Britto, Justus, Euphodius, Rhodamius, Eortius, Constantius, Paulus, Cretus, Concordius, Antherius, Noterius, Nicetius, Urbanus, Felix, Simplicius et Vincentius episcopi in Domino salutem.

Quamvis ea Benedictus frater de sanctissimi Accepti persona suggererit quæ prudenti et Christiano viro digna sint, cumque quo studio omnium vestrum ad honorem sacerdotii poscatur edixerit; tamen quia in synodo jam sedit ordinationes hujusmodi submovendas quæ sine scandalo esse non possint, non potuimus præstare uni quod cæteris negabatur. Et licet non ignoraremus multos verecundia et nonnullos suscipiendi sacerdotii metu trepidos, quæ utique signa sunt sanctitatis, falsa in se rejiciendi honoris causa dixisse: tamen quia omnium fere ad ea quæ sunt pejora proclive judicium est, et materies disputationum obreccatione sacerdotum Dei queritur, sedit in synodo, ut quisquis de se vel vera vel falsa dixisset, fides ei quam suismet testimoniis confirmaret haberetur, submovendus protinus ab eo gradu quem ab omni scandalo liberum esse licet. Divina vos pietas in æternum protegat.

XXV

CONGILIUM TAURITANUM.

Fratribus dilectissimis per Gallias et quinque provincias constitutis sancta synodus quæ convenit in urbe Taurinantium.

209-210 Cum ad postulationem provinciarum Galliæ sacerdotes convenissemus ad Taurinantium civitatem atque in ejusdem urbis ecclesia auctore vel medio Domino sederemus, auditis allegationibus episcoporum, eorum videlicet qui ad iudicium nostrum fuerant congregati, de singulis negotiis hæc sententiæ forma processit^b, ita ut pacis bona statuta canonum servarentur, et plurimorum intentionibus adhiberetur utilis medicina.

I. *Ut qui approbaverit suam civitatem metropolim fuisse, teneat primatum.*

Nam cum primo omnium vir sanctus Proculus Massiliensis episcopus civitatis se tanquam metropolitanum ecclesiæ, quas in secunda provincia Narbonensi positas viderantur, diceret præesse debere atque per se ordinationes in memorata provincia suorum fieri sacerdotum, siquidem assereret easdem ecclesias vel suas parochias fuisse, vel episcopus a se in iisdem ecclesiis ordinatos; e diverso ejusdem regionis episcopi aliud defensarent ac sibi alterius provincie sacerdotem præesse non debere contendissent: id iudicatum est a sancta synodo contempla-

C tione pacis atque concordie, ut non tam civitati ejus, quæ in altera provincia sita est cujus magnitudinem penitus nesciremus, quam ipsi potissimum deferretur, ut tanquam pater filiis honore primatus assisteret. Dignum enim visum est ut quamvis unitate provincie minime tenerentur, constringerentur tamen pietatis affectu. Itæ ipsi tantum in diem vite ejus forma servabitur, ut in ecclesiis provincie secundæ Narbonensis, quas vel suas parochias, vel suos discipulos fuisse consterit ordinatos, primatus habeat dignitatem. Illud a partibus observandum quod licet ex superfluo non tamen inutiliter commonetur, ut ipse sanctus Proculus tanquam pater sacerdotum suos honoret ut filios, et memorate provincie sacerdotes tanquam boni filii eundem habeant ut parentem, et invicem sibi exhibeant charitatis affectum, impleto hoc quod ait beatus Apostolus: *Honore mutuo prævenientes, non alta sapientes, sed humilibus consentientes.* Illud deinde inter episcopos urbium Arelatensis et Viennensis, qui de primatus honore apud nos certabant, a sancta synodo definitum est, ut qui ex his approbaverit suam civitatem esse metropolim, is totius provincie honorem primatus obtineat, et ipse juxta canonum præceptum ordinationum habeat potestatem.

^a U., Tauritanum octoginta episcoporum. G., Tauritanum septuaginta episcoporum.

^b U., hæc sententia nostra processit.

tem. Certe ad pacis vinculum coaservandum hoc A IV. *De clericis qui per culpam ab episcopo suo excom-
municantur.*
consilio utiliore decretum est, ut si placet memora-
tarum urbium episcopis unaquæque de his vicinio-
res sibi intra provinciam vindicet civitates, atque
eas ecclesias vindicet a quas oppidis suis proximas
magis esse consiterit, ita ut, memores unanimi-
tatis atque concordie, non alter alterum longius sibi usur-
pando quod est alii proprium inquietet.

II. *Ut episcopi qui contra statuta faciunt honore
priventur.*

Castorum quoque serie conscribi placuit ad per-
petuam disciplinam quod circa Octavium, Ursionem,
Remigium ac Tryferium episcopos synodus sancta
decrevit, qui in usurpationis quamdam de ordina-
tione sacerdotum invidiam vocabantur, quod hæc
[T. 1, 2, eatenus] his videtur indultum, ut de B
cætero hac auctoritate communiti nihil usurpare
conentur, siquidem ea se ab hac causa excusatione
defenderint qua dicebant prius se non esse con-
ventos. Proinde iudicavit synodus, ut si quis ex hoc fe-
cerit contra statuta majorum, sciat is qui ordinatus
fuerit sacerdotii se honore privandum, et ille qui
ordinaverit auctoritatem se in ordinationibus vel in
conciliis minime retenturum. Non solum autem circa
memoratos episcopos hæc sententia prævalebit, sed
et circa omnes qui simili errore decepti ordinationes
hujusmodi perpetrarint.

III. *De laicis qui in clericos crimen intendunt.*

De Palladio autem laico, qui Spano presbytero
non leve crimen intenderat, inter quos episcopus C
Tryferius ejusdem criminis causas se recognovisse
testatus est, id concilii decrevit auctoritas, ut idem
Palladius in eadem sententia maneret, qua cognitionis
tempore a Tryferio fuerat sacerdote mulctatus, in
hoc ei humanitate servata concilii, ut ipse Tryferius
in potestate habeat quando voluerit ei relaxare.

^a Æ, B. R., U., *visitet.*

^b Canon iste in U. cum præcedenti confusus atque compactus est.

211 V. *De eo qui se ab hæreticis separare voluerit
ut ab Ecclesia catholica suscipiatur.*

Illud præterea decrevit sancta synodus, ut quo-
niam legatos episcopi Galliarum, qui Felici commu-
nicant, destinarunt, ut si quis ab ejus communione
se voluerit sequestrare, in nostræ pacis consortio
suscipiatur juxta litteras venerabilis memoriæ Am-
brosii episcopi vel Romanæ Ecclesiæ sacerdotis du-
dum latus, quæ in concilio legatis præsentibus reci-
tatae sunt.

VI. *Ut alterius clericum non promoveat alter, nec
abjectum recipiat.*

Nec illud præmittendum fuit quod synodi 212
sententia definitum est, ut clericum alterius secun-
dum statuta canonum nemo suscipiat, neque suæ
ecclesiæ in alio gradu audeat ordinare, neque abje-
ctum recipiat in communione.

VII. *De his qui contra interdictum sunt ordinati vel
in honore filios genuerunt.*

Hi^b autem qui contra interdictum sunt ordinati,
vel in ministerio filios genuerunt, ne ad majores
gradus ordinum permittantur synodi decrevit aucto-
ritas.

Incolumes vos Dominus noster ævo longissimo
conservare dignetur, domini dilectissimi fratres.

XXVI

CONCILJUM REGIENSE

TREDECIM EPISCOPORUM, HABITUM ERA CCCCLXXVII, SUB IMPERATORIBUS THEODOSIO MINORE
ET VALENTINIANO, THEODOSIO SEPTIES DECIES ET FESTO CONSULIBUS.

Cum in voluntate Domini apud Regiensem eccle- D
siam convenissemus, et transgressionis apud Ebrudunensem ecclesiam habitæ remedium quæreretur,
qua sacris Ecclesiæ canonibus et reverendis Patrum
constitutionibus omni parte neglectis, absque trium
præsentia, absque comprovincialium litteris, sine
metropolitani auctoritate, irritam ordinationis spe-
ciem a duobus temere convenientibus præsumptam
esse clarebat; non minus doloris de præsumptam
lapsu quam de ecclesiæ ipsius convulsione in pecto-
ribus omnium diutina collatione versatum est. Pri-
mum itaque, quia non ulciscendi sed remediandi

^a Ex B. R., T. 1, 2. In A. et cæteris Codicibus: *patuit.*

213 I. *Ut a non habeatur episcopus a duobus episcopis ordinatus.*

Itaque eos qui tam incondita ac tam instabilia usurpaverant, placuit misericordiae et charitatis occursum ita in communionem dilecti nonneque recipi, ut scirent secundum recentem et saluberrimam Taurinatis [T. 2, Taurinensis] synodi definitionem, ad perpetuam vitae istius suffusionem nullis se de cetero ordinationibus, nullis ordinariis inter futuros esse conciliis, quia nihil salubre ab illis statuendum expectaretur, quia [A., qui] tantae corruptionis tam detestanda exempla praebuerant. Ebrudunensi ecclesiae ante omnia mature visum est consulendum, quia quatuor de biennium mensibus sacerdote legitimo destituta hoc gravius agrotaverat, ut clerus innocens ac disciplinae, ut probatum est, memor quorundam laicorum insolentia ac varia perturbatione vexatus, etiam in sacerdotibus ac ministris minas ac jurgia et vim acerbissimam periculose perniciosam nuper caede pertulerat, nec poterat differri bonorum ac disciplinae memorum spectatio, ne viderentur contumacium et inquietorum vota palpari, quorum conspirationes machinationesque et in praeteritum quantum deprehendi possint animadversione ecclesiastica puniendae, et in futurum anticipandae erant. Itaque ordinationem, quam canones irritam definiunt, nos quoque vacuandam esse censuimus, in qua praetermissa trium praesentia nec expectitis comprovincialium litteris, metropolitani quoque voluntate neglecta, prorsus nihil quod episcopum faceret ostensum est.

II. *De remotione ejus quem ordinare perperam duo praesumpserunt.*

Itaque placuit in voluntate Domini remoto hoc qui perperam assumptus erat episcopus, fieri omnino fratrum constitutionem, ecclesiastica traditione servata; verum quia haec sancta synodus non disciplinae tantum curam, sed et misericordiae gessit, cumque occurreret quod se Armentarius diebus proximis eidem ecclesiae multa assentatorum insolentia retulisset, occurrebat tamen quod ante admonitionem discussisset, quod a nonnullis sacerdotum in hoc ipsum confirmatus se etiam privatae domui reddidisset, quod epistolae ad clerum ipsum emiserat quibus episcopatum quem se non indeptum agnoscebat appetere nuntiaverat, eradi nomen suum petens, et hoc ipsum quod instabiliter **214** in se praesumptum erat jam tunc inordinatum et irritum futurum protestatum esse confirmans; in illam potius partem declinata sententia est, ut juveni educato in timore Domini plus suffragaretur, quod in actu vitiosissimo interdum sana sensisset, quam quod juvenilibus titillationibus aliqua in parte cessisset. Itaque praetermissis his quae regressu ipsius eum absque ullius excusationis effugio culpae

societatis respexerant, velut innocentem eundem praeterire sacerdotes Domini qui huic concilio aderant damnatione vacuum maluerunt de indultoreidem peregrini vel coepiscopi nomine.

III. *De haereticis et schismaticis episcopis si ad catholicam fidem venerint, quid observent.*

Quod ergo in quibusdam schismaticis recipiendis Nicænum concilium statuit a singulis per territoria sua hoc etiam praesens conventus in hoc statuit ab omnibus debere servari, id est ut cuicumque de fratribus tale aliquid charitatis consilia dictaverint liceat ei etiam parochiarum suarum ecclesiam cedere [T. 2, concedere] in qua aut coepiscopi nomine, ut idem canon loquitur, aut peregrina ut aiunt communione fruatur [E., fruatur]. Primum itaque statuitur, ut hoc in qualibet provincia praeterquam in Alpina maritima liceat, quam si aliqua in parte accesserit, ut malorum incitator et quietis impatiens damnationi quam in se provocaverat subiacebit; sed et si quis eidem quidquam ex his quae statuta sunt transgredienti communicaverit, a communione omnium fiet alienus. Deinde, ut quolibet in loco praeterquam in publico ageretur, ne quisquam ei locus decernatur quem curiae et civitatis species aut ordo nobilitat, additur, ne unquam in civitatibus vel sub episcoporum absentia offerre praesumat, nec ordinare vel ultimum clericum, nec in ea quidem ecclesia quae illi cujuscunque misericordia fuerit attributa, nec ulli episcoporum vel succedente aetate assumpto in rudimentis suis huic in aliquo quasi praestatis reverentia cedere liceat, nec usquam ipsi quidquam de episcopalibus officiis usurpare, praeterquam in ecclesia quam cujuscunque misericordia fuerit indeptus, in qua ei solum neophytos confirmare et ante presbyteros offerre conceditur. Quod si unquam aliquid charitate alterius provocatus de habitationis commutatione variaverit, non aliter in alia ecclesia requiem accipiat quam priori renuntiaverit, nec omnino unquam duarum ecclesiarum gubernationem obtineat, cui etiam **215** in ea quae ipsi ceditur ministros a civitatis episcopo necesse est ordinari. Sane quia ministrorum mentio facta est et nonnulli ab ipso inventi excommunicati temere in clero proveci dicerentur, statutum est eos qui ita assumpti essent deponendos; quibus autem nulla conversationis macula praedjudicaret, prout Ebrudunensi sacerdoti constituendo visum est, aut in ecclesiae suae ministerio tenendos, aut ad ipsum quocunque habitasset transferendos, plebi quam acciperet ex constitutionis hujus permissione benedicere, ut supra definitum est, in una eademque ecclesia neophytos confirmare, in castellis ac vicis totum illi [T. 2, illud] ante presbyteros sicubi venerit liceat, quod in civitatibus omnino praescribitur ^d.

^a In Codicibus duplex titulus: qui exprimitur, et alter qui sic se habet: *De mulctatione duorum qui ordinationem praesumpserunt*; expunctus ne repetatur.

^b In Codicibus duplex titulus: qui exprimitur, et alter sic se habens: *Ut a duobus episcopis ordinatus*

aliquando episcopus esse possit; expunctus quia ad rem non attinet.

^c Ex omnibus Codicibus, In A., *episcopi*.

^d T. 2, *omnino non praesumat*.

IV. *Ut* ^a *presbyter et benedicat et confirmet* [T., 2, sanctificet] *neophytum.*

Et inter minutas has discussiones visum est omni presbytero per familias, per agros, per privatas domos, pro desiderio fidelium facultatem benedictionis aperire, quod nonnullas jam provincias habere occurrit, huic etiam in ecclesiarum plebibus per loca tamen magis quam per urbes hoc idem visum est esse tribuendum: in ecclesia quoque qua ordinatus fuerit consecrandi virginem, sicut confirmandi neophytum jus habebit, et per omnia ut si multæ indulgentiæ testimonium, semper se inferiorem episcopo, superiorem presbytero agat, mandatis votisque sanctorum omnium prosequentibus vivat in timore Domini, quietem colat, Deo serviat, synodi circa se benevolentiam gratias agat, semperque indignum se indultis et negatis imparem esse fateatur.

V. *Ut* ^b *episcopus qui sepelierit episcopum curam habeat ecclesie ipsius.*

In commune autem omnes qui convenerant sacerdotes sibi metipsis contra huiusmodi scandala præcavendum censuerunt. Itaque propter huiusmodi temeritates tali definitione consultum est, ut de cætero observaretur ne quis ad eam ecclesiam, quæ episcopum perdidisset, nisi vicinæ ecclesie episcopus exsequiarum tempore accederet, qui tamen statim ecclesie ipsius curam districtissime gereret, ne quid ante ordinationem discordantium in novitatibus clericorum subversioni **216** liceret: itaque cum tale aliquid accidit, vicinis vicinarum ecclesiarum inspectio, descriptio recensioque mandatur.

VI. *Ut* ^c *absque metropolitano nullus ordinetur episcopus.*

Hæc autem omnia exsequalarum tempore usque ad septimam defuncti diem agat, eximiam ecclesie referas mandatum metropolitani: simul cum omnibus sanctis [*Æ.*, sociis] episcopis sepeliretur. Nec quisquam ad ecclesiam quæ summam amiserat sacerdotem, nisi metropolitani litteris invitatus, ne a plebe decipiatur, accedat et vim pati voluisse videatur.

VII. *De* ^d *his qui ecclesiarum vel earum cultoribus, id est sacerdotibus, seditiosi exstiterint.*

Perventum est huic sanctæ synodo quod aliqui ignoti institutiones canonum fastu superbie editiones ^e antiqui hostis consilio emulare nituntur, qui non humiles sed superbi seditionemque ecclesiæ Dei vel ejus sacerdotibus persistent; placuit omni synodo hos tales ab Ecclesia Dei et a cœtu catholicorum segregari, ac excommunicatos exilio relegari, ut post correcti satisfactione pœnitentiæ ad sanctam communionem possint idem admitti, non ad clerum.

^a In Codicibus duplex titulus: qui exprimitur et alter sic se habens: *Ut presbyteri privatim fidelibus desiderantibus benedicant*; expunctus ne repetatur.

^b In Codicibus duplex titulus: qui exprimitur et alter sic se habens: *De ordinanda ecclesia defuncto episcopo*; expunctus ne repetatur.

^c In Codicibus duplex titulus: qui exprimitur et alter sic se habens: *Ne quis ad ordinationem veniat nisi metropolitani litteris invitatus*; expunctus ne repetatur.

^d Hic canon et sequens ex U. sunt desumpti: desunt namque in reliquis.

VIII. *Ut bis in anno concilium fiat.*

Sufficere visum est bis in anno per singulas provincias episcoporum concilium fieri, semel quidem post tertiam hebdomadam paschalis festivitatis, ita ut in quarta quaque hebdomada quæ consequitur, id est media Pentecoste concilium compleatur. Admoneant autem provinciales episcopi ii qui per amplioribus, id est in metropolitans civitatibus degunt. Secundum vero concilium Idibus Octobribus pro vindemize temporibus habeatur: qui dies apud Græcos Hyperboretæ mensis decimus invenitur. In ipsis autem conciliis et presbyteros et diacones et iudices sive curiales ac privatos præsentés esse oportet: et omnes quotquot se læsos existimant causas enarrent et synodicam expectent sententiam. Nec liceat aliquibus apud semetipsos concilia metropolitanorum queat esse præsentia ^f, et absque metropolitanorum episcoporum conscientia facere, quibus de **217** omnibus causis veridicum ac fidelissimum constat emissum esse sanctionis iudicium.

Ego Hilarius episcopus juxta id quod universis sanctis episcopis meis qui mecum subscripserunt placuit, statuta Patrum secutus his definitionibus subscripsi sub die xiii Kalendas Decembris ^g Theodosio Augusto septies decies et Festo consule honesto ^h.

Ego Severianus episcopus huic definitioni interfui et subscripsi die consulatus supra scripti ⁱ.

Ego Audentius episcopus his statutis interfui die consulatus supra scripti.

Ego Julius [T. 2, Julianus] episcopus his statutis interfui et subscripsi die consulatus supra scripti.

Ego Arcadius episcopus his definitionibus interfui et subscripsi die consulatus supra scripti.

Ego Auspicius episcopus his definitionibus interfui et subscripsi die consulatus supra scripti.

Ego Severus episcopus his definitionibus interfui **218** et subscripsi die consulatus supra scripti.

Ego Valerianus episcopus his definitionibus interfui et subscripsi die consulatus supra scripti.

Ego Nectarius episcopus his definitionibus interfui et subscripsi die consulatus supra scripti.

Ego Asclepius episcopus his definitionibus interfui et subscripsi die consulatus supra scripti.

Ego Theodorus episcopus his definitionibus interfui et subscripsi die consulatus supra scripti.

Ego Maximus episcopus his definitionibus interfui et subscripsi die consulatus supra scripti.

Ego Vincentius presbyter episcopi Constantiani, ab eodem ordinatus, interfui ^j et subscripsi die consulatus supra scripti.

^e Forte editores ait Baluzius: nos autem hoc verbum supervacaneum existimamus.

^f Corruptus certe locus: redundare videntur hæc verba: *metropolitanorum queat esse presentia.*

^g B. R., T. 4, 2, die xiv Kalendas Decembris.

^h *Æ.*, B. R., U., *Festo viro clarissimo, consulibus honestis.*

ⁱ *Æ.*, B. R., die et consulibus suprascriptis: sicque in omnibus subscriptionibus. T. 2, die concilii supra scripti

^j *Æ.*, B. R., E. 3, U., *interfui vita ipsius.*

XXVII

CONCILIIUM ARAUSICANUM

SEXDECIM EPISCOPORUM, HABITUM ERA CCCCLXXIX, THEODOSII MINORIS TEMPORIBUS SUB DIE VI IDUS NOVEMBRIS, CYRO CONSULE, IN ECCLESIA JUSTINIANENSI.

I. De hæreticis si in mortis discrimine convertantur. A

Hæreticos in mortis discrimine positos si catholici esse desiderant, si desit episcopus, a presbytero cum chrismate et benedictione consignari placet.

II. Ut nullus minister sine chrismate proficiatur.

Nullum ministrorum, qui baptizandi recipit officium, sine chrismate usquam debere progredi, quia inter nos placuit semel chrismari. De eo autem qui baptizatus quacunque 219 necessitate faciente non chrismatus fuerit, in confirmatione sacerdos commonebitur: nam inter quos chrismatis ipsius non nisi una benedictio est, non ut præjudicans quidquam, sed ut non necessaria habeatur repetita chrismatio.

III. De pœnitentibus qui de corpore exeunt^b.

Qui recedunt de corpore pœnitentia accepta, placuit sine reconciliatoria manus impositione eis communicari, quod morientia sufficit consolationi secundum definitiones Patrum, qui hujusmodi communionem congruenter viaticum nominarunt, ut si supervixerint stent in ordine pœnitentium, ut ostensis necessariis pœnitentiæ fructibus legitimam communionem cum reconciliatoria manus impositione accipiant.

IV. De clericis pœnitentiam volentibus.

Pœnitentiam desiderantibus clericis non negandam.

V. De his qui ad ecclesiam confugiunt ne tradantur.

Eos qui ad ecclesiam confugerint tradi non oportere, sed loci sancti reverentia et intercessione defendi.

VI. De mancipiis confugientibus ad ecclesiam.

Si quis autem mancipia clericorum pro suis mancipiis ad ecclesiam confugientibus crediderit occupanda, per omnes ecclesias districtissima damnatione feriatur.

VII. De libertis qui ecclesiæ commendati sunt ne opprimantur.

In ecclesia manumissos vel per testamentum ecclesiæ commendatos si quis in servitutem vel obsequium vel ad colonariam conditionem imprimere tentaverit, animadversione ecclesiastica coercetur.

VIII. De his qui clericum alienum ordinare præsumunt.

Si quilibet consistentem alibi clericum ordinandum putaverit, prius definiat ut cum ipso habitet, sic quoque non sine consultatione ejus episcopi cum quo ante habitavit; nec eum qui fortasse non sine causa diu ab alio non ordinatus est ordinare præsumat.

^a B. R., T. 1, 2, *Arausicum*. In reliquis Codicibus *Arausicum*.

IX. De his qui cives alienos ordinaverunt.

Si quis autem alienos cives aut alibi consistentes ordinaverit, ne inordinati in ullo 220 accasentur, aut ad se eos revocent aut gratiam ipsi eorum impetrent cum quibus habitent.

X. De episcopis qui non in possessione sua sed in aliena diœcesi basilicam construxerunt.

Si quis episcoporum in alienæ civitatis territorio ecclesiam ædificare disponit, vel pro fundi sui aut ecclesiastici vel pro quacunque suorum opportunitate permissa licentia ædificandi, quia prohiberi hoc votum nefas est, non præsumat dedicationem, quæ illi omnimodis reservatur in cujus territorio ecclesia assurgit, reservata ædificatori episcopo hac gratia, ut quos desiderat clericos in re sua videre ipsos ordinet is cujus territorium est, vel si ordinati jam sunt ipsos habere acquiescat, et omnis ecclesiæ ipsius gubernatio ad eum in cujus civitatis territorio ecclesia surrexit pertinebit. Quod si etiam sæcularium quicumque ecclesiam ædificaverit, et alium magis quam eum in cujus territorio ædificat invitandum putaverit, tam ipse cui contra constitutionem ac disciplinam gratificare vult quam omnes episcopi qui ad hujusmodi dedicationem invitantur a conventu abstinebunt. Si quis excesserit, in reatum devocabitur: si quis excesserit, ordinem recognoscat.

XI. De episcopis qui excommunicationem alterius suscipiunt.

Placuit in reatum venire episcopum, qui admonitus de excommunicatione cujuscunque, sine reconciliatione ejus qui excommunicavit, ei communicare præsumperit, ut integra omnia, si reconciliatio intercesserit, de justitia vel iniquitate excommunicationis proximæ synodo reserventur.

XII. De his qui subito obmutescunt, quod et baptismum et pœnitentiam accipere possint.

Subito obmutescens, prout statutum est, baptizari aut pœnitentiam accipere potest si voluntatis aut præteritæ testimonium aliorum verbis habeat, aut præsentis in suo nutu.

XIII. De his qui mente desipiunt.

Amentibus quæcunque pietatis sunt conferenda.

XIV. De energumenis baptizatis.

D Energumeni baptizati, si de purgatione sua curant et sese sollicitudini clericorum tradunt monitisque obtemperant, omnimodis 221 communicent sacramenti ipsius virtuti vel muniendi ab incuria demonii [U., G., dæmonum] quo infestantur, vel purgandi quorum jam ostenditur vita purgator.

^b T. 2, *De non reconciliatis pœnitentibus qui de corpore exeunt*.

XV. *Ut a energumeni et catechumeni de baptismo A ultra subdiaconatum vel ecclesiasticas capiant dignitates.*

Energumenis et catechumenis in quantum vel necessitas exegerit vel opportunitas permiserit, de baptismo consulendum.

XVI. *Ut energumeni ad clerum non promoveantur.*

Qui palam aliquando arrepti sunt non solum non assumendi ad illum ordinem clericatus, sed et si jam aliqui ordinati sunt ab imposito officio repellendi.

XVII. *Ut in unum propositio sacramenti consecratur.*

Eum b capsula et calix inferendus est, et admissione eucharistiæ consecrandus.

XVIII. *Ut evangelia catechumeni audiant.*

Evangelia deinceps placuit catechumenis legi apud omnem provinciarum nostrarum Ecclesiam.

XIX. *Ut catechumeni ad baptisterium non accedant.*

Ad baptisterium catechumeni nunquam admittendi.

XX. *Ut catechumeni cum fidelibus benedictionem non accipiant.*

Ad fidelium benedictionem catechumeni c et am inter domesticas orationes, in quantum caveri potest, segregandi informandique ut se revocent, et signandos vel benedicendos semotim offerant.

XXI. *Ut duo episcopi episcopum non faciant d.*

In nostris provinciis placuit de presumptoribus, ut si ubi contigerit duos episcopos episcopum invitum facere, auctoribus damnatis, unius eorum ecclesie ipse qui vim passus est substituatur: si tamen vita respondeat et alterius dejecti loco nihilominus ordinetur; si voluntarium duo fecerint, et ipse damnabitur, quo cautius ea quæ sunt antiquitus statuta serventur.

222 XXII. *Ut clerici conjugati nisi continentiam profiteantur, diacones non fiant.*

Sed id præterea e et non deinceps ordinentur diacones conjugati, f nisi qui prius conversionis proposito professi fuerint castitatem.

XXIII. *De his qui post acceptum diaconium incontinentes inveniuntur.*

Si quis autem post acceptam benedictionem leviticam cum uxore sua incontinens invenitur, ab officio abjiciatur.

XXIV. *De incontinentibus clericis.*

De his autem qui prius ordinati hoc ipsum inciderunt Taurinatis [T. 2, Tauritanæ] synodi sequendam esse sententiam, qua jubentur non ulterius promoveri.

XXV. *De viris probatis.*

De idoneis autem et probatoribus [T. 2, probatis] viris, quos clericatus alligari ipsa vitæ gravitas cogit, g si forte inciderunt duplicata matrimonia, ut non

a Ex reliquis Codicibus desumptus hic canon qui dicitur in A.

b Ex omnibus Codicibus. In A., cum calice et patena inferendus est.

c Ex U. desumpta vox catechumeni, quæ doest in A. et reliquis Codicibus.

d In Codicibus duplex titulus: qui exprimitur et

XXVI. *De diaconissis non ordinandis.*

Diaconissæ omnimodis non ordinandæ: si quæ jam sunt, benedictioni quæ populo impenditur capita submittant.

XVII. *De feminis quæ viduitatem professæ sunt coram episcopo.*

Viduitatis servandæ professionem coram episcopo in secretario habitam, imposita ab episcopo veste viduali, non esse violandam: ejus vero raptorem vel ipsam talis professionis desertricem merito esse damnandam.

XXVIII. *De his qui professi sunt castitatem si prævaricaverint.*

B In utroque sexu desertores professæ castitatis prævaricatores habendi, et his omnibus per poenitentiam legitimam consulendum.

223 XXIX. *Ut nullus episcopus de concilio sine consensu discedat aut ad concilium ire excuset.*

Hæc quæ subscribimus cum eorum quoque concordia qui consensus dederunt rata deinceps inter nos ac nostros haberi volumus et habenda sancimus, non ita prætereuntes eos qui synodo aut per se aut per consensus suos, vel ad vicem sui per legatos destinando adesse detrectant; ut sibi supra nos illi placeant qui patrum statuta despiciunt, quibus bis in anno, quod nobis pro temporum qualitate difficile est, sanctum est convenire; adjicientes quod similibus deinceps paginis pro salubritate ac remediis ecclesiasticis congregandi adjicere optamus, ut nullus conventus sine alterius conventus denuntiatione solvatur. Itaque sequenti anno, si Domino ac Deo nostro Jesu Christo permittente conceditur, die xv Kalendas Novembris Justiniano in Arausico territorio conventum habebimus: qui ideo tanto prius per conventum ipsum denuntietur, ut tam excusationis libertas quam invitationis necessitas non sit; de die enim et loco per nos ipsos commonebimur singuli nobiscum, in exemplaribus ea quæ per nos sunt constituta referentes: reliquos qui defuerunt beatissimi fratris nostri Hilarii sollicitudini relinquimus datis ad ipsos 224 horum exemplaribus commendandos. Post omnia occurrit de imbecillitatibus fragilitatis humanæ, ut si quis episcopus per infirmitatem, debilitatem vel aliquam hebetudinem sensus inciderit, aut officium oris amiserit, ea quæ non nisi per episcopos geruntur non sub præsentia sua presbyteros agere permittat, sed episcopum evocet cui quod in ecclesia agendum fuerit imponat.

Ego Hilarius episcopus subscripsi.

Ego Claudius episcopus subscripsi.

Ego Constantianus episcopus subscripsi.

alter sic se habens: *De abjectione ejus quem duo præsumpserint ordinare episcopum; expunetus ne repetatur.*

e A., *Sedit præterea.*

f U., *conjugati, statumimus, nisi.*

g Ex B. K., T. 1, 2. In A., A., E. 3, *gratia coegerit.* In U., *gratuitas cogit.*

Ego Audentius episcopus subscripsi.
 Ego Agrestius episcopus subscripsi.
 Ego Julius episcopus subscripsi.
 Ego Auspicius episcopus subscripsi.
 Ego Theodorus episcopus subscripsi.
 Ego Maximus episcopus subscripsi.
 Ego Eucherius episcopus subscripsi, sanctorum
 sacerdotum comprovincialium meorum super his
 expectaturus assensum.

A Ego Nectarius episcopus subscripsi.
 Ego Justus episcopus subscripsi.
 Gevetius episcopus subscripsi.
 Ego Augustalis episcopus subscripsi.
 Ego Ingenuus episcopus subscripsi.
 Ego Superventor Solonius episcopus subscripsi.
 Pro patre meo episcopo Claudio subscripsi et re-
 cognovi.

XXVIII

CONCILIIUM VASENSE PRIMUM

HABITUM ERA CCCLXXX, APUD AUSPICIIUM EPISCOPUM ECCLESIAE CATHOLICAE, THEODOSII
 MINORIS TEMPORIBUS, DIOSCORO CONSULE, SUB DIE IDUS NOVEMBRIS.

I. *Ut Gallicani episcopi in Gallias non discutantur.*
 Placuit ergo tractatu habito episcopos de Gallicania provinciis venientes intra Gallias non discutendos, sed solum sufficere si nullus communioni alicujus interdixerit; quia inter circumhabitantes ac sibi pene invicem notos non tam testimonio indigent probi, quam denotatione et denuntiationibus depravati.

225 II. *De paenitentibus subito mortuis ut oblationes eorum recipiantur.*

Pro his qui paenitentia accepta in bono vitae cursu satisfactoria compunctione viventes, sine communione inopinato nonnunquam transitu in agris aut itineribus praeveniuntur, oblationem recipendam et eorum funera ac deinceps memoriam ecclesiastico affectu prosequendam, quia nefas est eorum commemorationem excludi a salutaribus sacris, qui ad eadem sacra fidei affectu contendentes, dum se diutius reos statuunt, indignos salutiferis mysteriis indicant ac purgationes restitui desiderant, absque sacramentorum viatico intercipiuntur, quibus fortasse nec absolutissimam reconciliationem sacerdos denegandam putasset.

III. *Ut ab alterius episcopo chrisma nullus accipiat.*

Per singula territoria presbyteri vel ministri ab episcopis, non prout libitum fuerit a vicinioribus, sed a suis propriis per annos singulos petant chrisma, appropinquante solemnitate paschali, nec per quemcunque ecclesiasticum: sed si qua necessitas aut ministrorum occupatio est, per subdiaconum, quia inhonorum est inferioribus summa committi, optimum autem est ut ipse suscipiat qui in tradendo usus est; si quid obstat, saltem is cuius officii est sacrarium disponere et sacramenta suscipere.

IV. *Ut qui oblationes defunctorum retinent excommunicentur.*

Qui oblationes defunctorum retinent et ecclesiis tradere demorantur, ut infideles ab Ecclesia abjiciendi, quia usque ad exinanitionem fidei pervenire certum est hanc pietatis divinae exacerbationem, qua et fideles de corpore recedentes votorum plenitudine, pauperes collatu alimoniae et necessaria sustentatione

fraudentur: hi enim tales quasi egentium necatores, nec credentes iudicium Dei habendi sunt; unde et quidam patrum in hoc scriptis suis inseruit congruente sententia qua ait: Amico quippiam rapere furtum est, Ecclesiae fraudare sacrilegium.

V. *Ut qui sententiae episcopi sui non acquiescit recurrat ad synodum.*

Si quis episcopi sui sententiae non acquiescit, recurrat ad synodum.

226 VI. *Ut excommunicatus humiliet semetipsum ut festinus reconcilietur.*

Ex epistola sancti Clementis utilia quaeque praesenti tempore ecclesiis necessaria sunt honorifice proferranda, et cum reverentia ab omnibus fidelibus ac praecipue clericis recipienda: ex quibus quid specialiter placuit praeter venerandam antiquitatem statutis praesentibus roboramus, quod suprascriptus beatus martyr de beatissimi apostoli Petri institutione commemorat dicens: Quaedam autem etiam ex vobis ipsis intelligere debetis, si qua sunt quae ipse praeter [T. 2, propter] insidias hominum malorum non potest evidentius et manifestius proloqui. Verbi gratia, inimicus est alicui pro actibus suis? vos nolite expectare ut ipse vobis dicat: Cum illo nolite amici esse, sed prudenter observare debetis et voluntati, ejus videlicet qui ecclesiae curam gerit, absque communione obsecundare, et averti se ab eo cui ipsam sentitis adversum, sed nec loqui his quibus ipse non loquitur, ut unusquisque qui in culpa est dum cupit omnium vestrum sibi gratiam reparare, festinet citius reconciliari ei qui omnibus praestet et per hoc redit ad salutem cum obedire coeperit monitis praesidentis: et caetera quae in sequentibus denotant amicos eorum qui veritati inimici sunt. Sciat itaque deinceps clericus ad reatum, sed et fidelium populum ad culpam, sibi ascribendum, si quis in hoc vitium malorum cofu-tator et disciplinae subversor agnoscitur.

VII. *Ut accusatores de levibus causis non audiantur, de criminalibus vero discutantur.*

Placuit praeterea accusandi licentiam etiam in nostri ordinis si qua existit levitate comprimere, ut episcopus si quem iudicat abstinentum, si pro hu-

In Codicibus inventuntur verba: *De damnatione eorum, quae expuncta sunt, quia redundant.*

militatione et correctione fratris assurgit exorari a cæteris, acquiescat fratri de quo agitur, correptione et comminatione adhibita : sin autem de crimine aliquem putet esse damnandum, accusatori suo se discutiendum sciat; fas est enim ut quæ uni probantur probentur omnibus.

VIII. *Ut episcopus alienum clericum peccantem redarguant.*

Quod si se tantum episcopus alieni sceleris conscius novit, quandiu probare non potest nihil proficiat, sed cum ipso ad compunctionem ejus secretis correptionibus elaboret, qui si correptus pertinacior fuerit, et se communioni publice ingesserit, etiam si episcopus in redarguendo illo quem reum judicat probatione deficiat indemnatus licet **227** de his qui nihil sciunt, secedere ad tempus pro persona majoris auctoritatis jubeatur, illo, quandiu probare nihil potest, in communione omnium præterquam eum qui eum reum judicat permanente.

IX. *Ut qui expositum invenerit ecclesiam contestetur.*

De expositis, quia conclamata ab omnibus querela

^a In Codicibus : *infelix a præceptis.*

A processit eos non misericordiæ jam sed canibus exponi, quos colligere calumniarum metu quamvis inflexa præceptis ^a misericordiæ mens humana detrectat, id servandum visum est, ut secundum statuta fidelissimorum, piissimorum augustissimorumque principum quisquis expositum colligit **228** ecclesiam contestetur, contestationem colligat : nihilominus de altario dominico die minister annuntiet, ut ecclesia sciat expositum esse collectum, ut intra dies decem ab expositionis die expositum recipiat, si quis se probaverit agnovisse : collector pro ipsorum decem dierum misericordia prout maluerit, aut præsens ab homine aut in perpetuum cum Deo gratia persolvenda.

X. *Ut qui præter constitutum expositum reposcit ut homicida habeatur.*

Sane si quis post hanc diligentissimam sanctionem expositorum hoc ordine collectorum repetitor vel calumniator exstiterit, ut homicida habendus est.

XXIX

CONCILIIUM VASENSE SECUNDUM.

I. *De presbyterorum observatione.*

Hoc placuit, ut omnes presbyteri qui sunt in parochiis constituti, secundum consuetudinem quam per totam Italiam satis salubriter teneri cognovimus, juniores lectores quantoscunque sine uxore haberint, secum in domum ubi ipsi habitare videntur recipiant, et eos quomodo boni patres spiritualiter nutriendos psalmos parare, divinis lectionibus insistere [U., Instruere] et in lege Domini erudire contendant ut et sibi dignos successores provideant et a Domino præmia æterna recipiant. Cum vero ad ætatem perfectam venerint, si aliquis eorum pro carnis fragilitate uxorem habere voluerit, potestas ei ducendi conjugium non negetur.

II. *Qualiter recitentur a diaconibus homilie.*

Hoc etiam pro ædificatione omnium ecclesiarum et pro utilitate totius populi nobis placuit, ut non solum in civitatibus sed etiam in omnibus parochiis verbum faciendi daremus presbyteris potestatem, ita ut si presbyter aliqua infirmitate prohibente per se ipsum non potuerit prædicare, sanctorum Patrum homilie a diaconibus recitentur : si enim digni sunt diacones quod Christus in Evangelio locutus est legere, quare indigni judicentur [U., G., sunt] sanctorum Patrum expositiones publice recitare?

III. *Kyrie eleison vel Sanctus sæpe dici.*

Et ^b quia tam in sede apostolica, quam etiam per totas orientales atque Italiae provincias dulcis et nimium salubris consuetudo est intronmissa, ut *Kyrie eleison* frequentius cum grandi affectu et compun-

ctione dicatur, placuit etiam nobis, ut in omnibus ecclesiis nostris ista tam sancta ^c consuetudo et ad matutinum et ad missam et ad vesperum, Deo propitiante, intronmittatur, et in omnibus missis, sive in matutinis sive in quadragesimalibus, sive in illis quæ pro defunctorum commemorationibus fiunt, semper *Sanctus, Sanctus, Sanctus* eo ordine, quo modo ad missas publicas dicitur, dici debeat : quia tam sancta et tam dulcis et tam desiderabilis vox, **229** etiamsi die noctuque possit dici, fastidium non poterit generare.

IV. *Ut nomen papæ in ecclesiis recitetur.*

Et hoc nobis justum visum est, ut nomen domini papæ, quicumque sedi apostolicæ præfuerit, in nostris ecclesiis recitetur.

V. *Ut dicatur : Sicut erat in principio.*

Et quia non solum in sede apostolica, sed etiam per totum Orientem et totam Africam vel Italiam propter hæreticorum astutiam, qui Dei Filium non semper cum Patre fuisse sed a tempore cœpisse blasphemant, **230** in omnibus clausulis post Gloriam; *Sicut erat in principio* dicitur; etiam et nos in universis ecclesiis nostris hoc ita dicendum esse decrevimus.

Cæsarius in Christi nomine catholicam ^d hæreticorum definitionis nostræ regulam relegens subscripsit

Et notum sub die nonarum Novembrium Decem, viro viro clarissimo consule : in hac constitutione septemdecim episcopi subscriperunt.

Quia etiam et ea quæ infra scripta sunt omnibus

^a Deest hoc concilium in E. 3.

^b T. 1, quia non solum in sede apostolica sed etiam.

^c T. 1, 2, *statuta sancta.*

^d B. R., T. 1, 2, *nomine episcopus catholicam.*

ecclesiis satis necessaria esse novimus, ideo justum A canonum jungeremus, ex constituto synodali apostolice sedis inter cetera.

XXX

CONCILIIUM AGATHENSE.

VIGINTI QUINQUE EPISCOPORUM, HABITUM ÆRA ^a DXLIV.

Anno vicesimo secundo Alarici regis sub die III Idus Septembris cum in nomine Domini in civitate Agathensi convenissemus in sancti Andreae basilica, concedimus de disciplina et ordinationibus clericorum atque pontificum vel de Ecclesiarum utilitatibus tractaturi. In primo id placuit ut canones et statuta Patrum per ordienu[m] legerentur, quibus le-

I. De digamis clericis ut non ministrent.

Placuit, ut de digamis aut interruptarum maritis, B quanquam aliud Patrum statuta decreverint, ut qui hæcque ordinati sunt, habita miseratione, presbyterii vel diaconatus nomen tantum obtineant : officium vero consecrandi presbyteri et ministrandi hujusmodi diaconis non præsumant.

II. De contumacibus clericis et ad officium tardis.

Contumaces vero clerici prout dignitatis ordo permisit ab episcopis corrigantur, et si qui prioris gradus elati superbia communionem fortasse contempserint, aut ecclesiam frequentare, vel officium suum implere neglexerint, peregrina eis communicatio tribuatur; ita ut cum eos penitentia correxerit, rescripti in matricula gradum suum dignitatemque recipiant.

III. De episcopis qui vel innocentes vel pro minimis causis aiquos excommunicant.

Episcopi vero si, sacerdotali moderatione postposita, innocentes aut minimis causis culpabiles excommunicare præsumperint, et ad gratiam festinantes recipere fortasse noluerint, 231 a vicinis episcopis cujuslibet provincie litteris moncantur; et si parere [B.R., T. 1, 2, parcere] noluerint, communicatio illis usque ad tempus synodi a reliquis episcopis non denegatur ^c, ne fortasse in excommunicatoris peccatum excommunicati longo tempore morie præventiantur.

IV. De his qui suas vel propinquorum oblationes ecclesie fraudant.

Clerici etiam vel sæculares qui oblationes parentum aut donatas aut testamentis relictas retinere perstiterint [U., præsumperint] aut id quod ipsi D donaverint ecclesiis vel monasteriis crediderint auferendum, sicut synodus sancta constituit velut necatores pauperum quousque reddunt ab ecclesiis excludantur.

V. Si clericus furtum ecclesie fecerit.

Si quis clericus furtum ecclesie fecerit, peregrina ei communicatio tribuatur.

^a Æ., æra DXLIII.^b U., quibus lectis definitur. In A. et reliquis ad periodi absolutionem vox canonis primi placuit adjungenda.

VI. Si episcopo a quibuslibet quidquam fuerit derelictum.

Pontificis vero quibus in summo sacerdotio constitutus ab extraneis duntaxat aliquid aut cum ecclesia, aut sequestratum aut dimittitur aut donatur, quia hoc ille qui donat pro redemptione anime sue, non pro commodo sacerdotis probatur offerre, non quasi suum proprium, sed quasi dimissum ecclesie inter facultates ecclesie computabunt; quia justum est, ut sicut sacerdos habet quod ecclesie dimissum est, ita et ecclesia habeat quod relinquitur sacerdoti sane quidquid per fideicommissum aut sacerdoti, aut ecclesie fortasse dimittitur cuiusque alii postmodum profuturum, id inter facultates suas ecclesia computare aut retinere non poterit.

VII. De rebus ecclesie, quomodo ab episcopis habeantur: et de servis ecclesie qualiter ab episcopo manumittantur.

Casellas vero vel mancipiolas ecclesie episcopi, sicut prisca canonum præcepti auctoritas, vel vasa ministerii quasi commendata fidei proposito integro ecclesie jure possideant; id est ut neque vendere, neque per quoscunque contractus res unde pauperes vivunt alienare præsumant: quod si necessitas certa compulerit, ut pro ecclesie aut necessitate aut utilitate vel in usufructu vel indirecta venditione aliquid distrahatur, apud duos vel tres comprovinciales vel vicinos episcopos causa que necesse sit vendi 232 primitus comprobetur, et habita discussione sacerdotali eorum subscriptione que facta fuerit venditio roboretur: aliter facta venditio vel transactio non valebit. Sane si quos de servis ecclesie benemeritos sibi episcopus libertati donaverit, collatam libertatem a successoribus placuit custodiri cum eo quod eis manumissor in ^d libertatem contulerit, quod tamen jubemus viginti solidorum numerum, modum in terrula, vineola vel hospitio tenere: quod amplius datum fuerit post manumissoris mortem ecclesia revocabit; minusculas vero res aut ecclesie minus utiles peregrinis vel clericis salvo jure ecclesie in usum perstare permittimus.

VIII. De clericis qui ad sæculares confugiunt.

Id etiam placuit, ut clericus si relicto officio suo propter districtiorem ad sæcularem fortasse confugerit, et is ad quem recurrit solatium defensionis impenderit, cum eodem de Ecclesie communi one pellatur.

^c Ex T. 1, 2. In A. et reliquis Codicibus: episcopis denegetur.^d Æ., B. R., T. 1, 2, in libertate.

**IX. De presbyteris et diaconibus qui ad conjugalem A
coitum revertuntur.**

Placuit etiam, ut si diaconi aut presbyteri conjugati ad torum uxorum suarum redire voluerint, papæ Innocentii ordinatio vel Syricii episcopi auctoritas conservetur; quod si ad aliquos formula illa ecclesiastica vitæ pariter et disciplinæ quæ a Syricio episcopo ad provincias commevit non probabitur pervenisse, his ignorationis [U., G., ignorationibus] venia remittetur, ita ut de cætero penitus incipiant abstinere et ita gradus suos in quibus inventi fuerint sic retineant, ut ad potiora eis non liceat ascendere: quibus in beneficio esse debet, quod hunc ipsum locum quem retinent non amittant. Si qui autem scisse formam vivendi dimissam [U., G., missam] a sancto Syricio episcopo deteguntur, neque statim cupiditatis libidines abjecisse, illi sunt modis omnibus submovendi, qui post admonitionem cognitam præponendam arbitrati sunt voluptatem.

X. Ut nullus clericorum cum extraneis feminis habitet.

Id etiam ad custodiendam vitam et famam speciali ordinatione præcipimus, ut nullus clericorum extraneæ mulieri qualibet collatione aut familiaritate jungatur: et non solum in domo illius extraneæ mulier non accedat, sed nec ipse frequentandi ad extraneam mulierem habeat potestatem, sed cum matre tantum, sorore, filia aut nepte, si habuerit aut voluerit, vivendi liberam habeat **233** potestatem: de quibus nominibus nefas est aliud quam natura constituit suspicari.

XI. Ut nullus clericus in cellario vel secreto feminam intromittat.

Ancillas vel libertas a cellario vel a secreto ministerio et ab eadem mansione in qua clericus manet, placuit removeri.

XII. Ut omnibus diebus Quadragesimæ sabbato jejune-

Placuit etiam, ut omnes Ecclesiæ exceptis diebus dominicis in quadragesima, etiam die sabbati, sacerdotali ordinatione et districtiōnis comminatione jejunent.

XIII. Ut symbolum ante octo dies paschæ competentibus prædicetur.

Symbolum etiam placuit ab omnibus ecclesiis una die, id est ante octo dies dominicæ resurrectionis publice in ecclesia competentibus tradi.

XIV. Ut altare et unguatur et benedicatur.

Altaria vero placuit non solum unctione chrismatis, sed etiam sacerdotali benedictione sacrari.

XV. Qualiter majores, qualiter minores [B. R., T. 2, juniore.] pœnitentiã accipiant.

Pœnitentes tempore quo pœnitentiã petunt impositionem manuum et cilicium super caput a sacerdote sicut ubique constitutum est consequantur, et si aut comas non deposuerint aut vestimenta non mutaverint abjiciantur, et nisi digne pœnituerint non recipiantur: juvenibus etiam pœnitentiã non facile committenda est propter ætatis fragilitatem, viaticum tamen omnibus in morte positis non negandum.

PATROL. LXXXIV.

XVI. Qua ætate diacones ordinentur.

Episcopus vero benedictionem diaconatus minoribus viginti et quinque annorum penitus non committat: sane si conjugati juvenes consenserint ordinari, etiam uxorum voluntas ita requirenda est, ut sequestrato mansionis cubiculo, religione promissa, postquam pariter conversi fuerint ordinentur.

XVII. Qua ætate episcopi vel presbyteri consecantur.

Presbyterum vero vel episcopum ante triginta annos, id est antequam ad viri perfecti **234** ætatem perveniant, nullus metropolitanorum ordinare præsumat, ne per ætatem, quod aliquoties evenit, aliquo errore culpentur.

XVIII. De laicis quibus temporibus communicare debeant.

Sæculares vero qui Natali Domini, Pascha, Pentecoste non communicaverint, catholici non credantur nec inter catholicos habeantur.

XIX. De sanctimonialibus qua ætate velentur.

Sanctimoniales, quamlibet vita earum et mores probati sint, ante annum ætatis suæ quadragesimum non velentur.

XX. De clericis qui comam nutriunt.

Clerici qui comam nutriunt ab archidiacono etiam si noluerint inviti detondantur: vestimenta vel calcæamenta eis etiam nisi quæ religionem deceant uti aut habere non liceat.

XXI. Ut solemnitates majores in civitatibus celebrentur.

Si quis etiam extra parochias, in quibus legitimus et ordinariusque conventus, oratorium in agro habere voluerit, reliquis festivitibus ut ibi missas teneant propter fatigationem familiæ justa ordinatione permittimus: Pascha vero, Natale Domini, Epiphaniam, Ascensionem Domini, Pentecosten et Natale sancti Joannis Baptistæ, vel si qui maximi dies in festivitibus habentur, non nisi in civitatibus aut in parochiis teneant. Clerici vero si qui in his festivitibus quas supra diximus in oratoriis his, nisi jubente aut permittente episcopo, facere aut tenere voluerint, a communione pellantur.

XXII. Ut non liceat presbytero vel clerico rem eccl siæ vendere vel donare.

Et licet superfluum sit de re nota et antiquis canonibus prohibita iterato aliquid delinire, tamen quo facilius cupiditas aut improbitas reprimatur, id statimus quod omnes jubent, ut civitatenses sive dicecesani presbyteri vel clerici, salvo jure ecclesiæ, rem ecclesiæ sicut permiserint episcopi teneant, vendere aut donare penitus non præsumant: quod si fecerint, et facta venditio non valebit, et de facultatibus, si quas habent proprias, indemnem ecclesiam reddant et communione priventur.

235 XXIII. Ut clericus junior seniori non præponatur.

Episcopus etiam quorum vita non reprehenditur posteriori priori nullum præponat, nisi fortasse elatus superbia quod pro necessitate ecclesiæ episcopus jusserit implere contemnit. Sane si officium archidiaconatus propter simpliciorum naturam implere aut expedire nequiverit, ille loci sui nomen teneat et or-

dinationi ecclesie, quem elegerit episcopus, præponatur.

XXIV. De expositis inventis.

De expositis id observandum quod jam dudum synodus sancta constituit.

XXV. De sæcula ibus qui suas conjuges derelinquunt.

Ili vero sæculares, qui conjugale consortium culpa graviore dimittunt vel etiam dimiserunt, et nullas causas discidii probabiliter proponentes propterea sua matrimonia dimittunt, ut aut illicita aut aliena præsumant, si antequam apud episcopos comprovinciales discidii causas dixerint, et prius uxores quam iudicio damnentur abjecerint, a communione Ecclesie et a sancto populi cœtu pro eo quod fidem et conjugia maculant excludantur.

XXVI. Ut si voluntarie clericus damnum ecclesie fecerit, et satisfaciat et excommunicetur.

Si qui vero de clericis documenta, quibus ecclesie possessio firmatur, aut subripere aut negare aut adversariis fortasse tradere damnabili et punienda obstinatione præsumpsit, quidquid per absentiam documentorum damni ecclesie illatum est de propriis facultatibus reddant et communione priventur; hi etiam, qui in damnum ecclesie instrumenta ecclesie impie sollicitati a traditoribus susceperint.

XXVII. Ut monasterium inconsulto episcopo nullus construat : et de monachis.

Monasterium novum, nisi episcopo aut permittente aut probante, nullus incipere aut fundare præsumat. Monachi verò vagantes ad officium clericatus, nisi eis testimonium abbas suus dederit, nec in civitatibus nec in parochiis ordinentur. Monachum nisi abbatis sui aut permissu aut voluntate ad alterum monasterium commigrantem nullus abbas suscipere aut retinere præsumat; sed **236** ubicunque fuerint abbati suo auctoritate canonum revocentur. Si necesse fuerit clericum de monachis ordinari, cum consensu et voluntate abbatis præsumat episcopus.

XXVIII. Ut monasterium puellarum procul a monachis construat.

Monasteria puellarum longius a monasteriis monachorum aut propter insidias diaboli aut propter oblationes hominum collocentur.

XXIX. De libertis ut in necessitate ab ecclesia tueantur.

Libertos legitime a dominis suis factos ecclesia si necessitas exegerit tueatur : quod si quis ante audientiam aut pervadere [*Æ.*, persuadere] aut expoliare præsumpsit, ab ecclesia repellatur.

XXX. Ut post antiphonas orationes dicantur.

Et quia convenit ordinem Ecclesie ab omnibus æqualiter custodiri, studendum est, ut sicut ubique fit, et post antiphonas collectiones per ordinem ab episcopis vel presbyteris dicantur; et hymnos matutinos vel vespertinos diebus omnibus decantari, et in conclusionem matutinarum vel vespertinarum missarum post hymnos capitella [*U.*, capitula] de psalmis dici, et plebem collecta oratione ad vesperam ab episcopo cum benedictione dimitti.

^a *Æ.*, B. R., E. 3, T. 1, 2, *supprimere.*

^b *Æ.*, *hymnum matutinum vel vespertinum.*

XXXI. De his qui per odium ad pacem non revertuntur.

Placuit etiam, ut sicut plerumque fit quicumque odio aut longinqua inter se lite dissenserint, et ad pacem revocare diutina intentione nequiverint, a civitatis primitus sacerdotibus arguantur : qui si inimicitias deponere perniciose intentione noluerint, de Ecclesie cœtu justissima excommunicatione pellantur.

XXXII. Ut clericus inconsulto episcopo ad iudicem secularem non pergat.

Clericus nequaquam præsumat apud sæcularem iudicem episcopo non permittente pulsare, sed si pulsatus fuerit respondeat : non proponat nec audeat criminale negotium in iudicio sæculari proponere. Si quis vero sæcularium per calumniam Ecclesiam aut clericum fatigare tentaverit, et evictus [*T.* 1, 2, victus] fuerit, Ecclesie liminibus et a catholicorum communione, nisi digne pœnituerit, arceatur.

237 XXXIII. Si episcopus hæredes non habens Ecclesiam cui præfuit hæredem non fecerit.

Episcopus qui filios aut nepotes non habens alium quam Ecclesiam reliquit hæredem, si quid de Ecclesia non in Ecclesie causa aut necessitate præsumpsit, quod distraxit aut donavit irritum habeatur : qui vero filios habet, de bonis quæ reliquit ab hæredibus ejus indemnitatibus Ecclesie consulatur.

XXXIV. De Judæis qui converti cupiunt qualiter suscipiantur.

Judæi quorum perfidia frequenter ad vomitum redit, si ad legem [*T.* 1, 2, Ecclesiam] catholicam venire voluerint, octo mensibus inter catechumenos ecclesie limen introeant, et si pura fide ventre noscuntur, tunc demum baptismatis gratiam consequantur : quod si casu aliquo quis periculum infirmitatis intra præscriptum tempus incurrerit et desperatus fuerit, baptizetur.

XXXV. Si episcopus a metropolitano admonitus pro synodo vel ordinatione episcopali venire distulerit.

Si metropolitanus episcopus ad comprovinciales episcopos epistolas direxerit, in quibus eos aut ad ordinationem summi pontificis aut ad synodum invitet, postpositis omnibus, excepta gravi infirmitate corporis aut præceptione regia, ad constitutam diem adesse non differant : qui si defuerint, sicut prisca canonum præcepit auctoritas, usque ad proximam synodum a charitate fratrum et Ecclesie communione priventur.

XXXVI. Ut stipendia clericorum juxta meritum distribuantur.

Clerici etiam omnes, qui Ecclesie fideliter vigilerque deservunt, stipendia sanctis laboribus debita secundum servitii sui meritum vel ordinationem canonum a sacerdotibus consequantur.

XXXVII. De homicidis vel falsis testibus.

Itaque censuimus homicidas et falsos testes a communione ecclesiastica submovendos, nisi poenitentiam satisfactione crimina admissa diluerint.

^c *Æ.*, B. R., E. 3, T. 1, 2, *mereantur.*

XXXVIII. *Ut sine epistola episcopi sui non liceat clericum vel monachum proficisci: et de monachis vel abbatibus.*

Clericis sine commendatitiis epistolis episcopi sui licentia non pateat evagandi, in **238** monachis quoque præsentis sententiæ forma servetur; quos si verborum increpatio non emendaverit, etiam verberibus statim coerceri. Servandum quoque de monachis ne eis ad solitarias cellulas liceat a congregatione discedere, nisi forte probatis post emeritos labores aut propter infirmitatis necessitatem asperior ab abbatibus regula remittatur: quod ita demum fiet, ut intra eadem monasterii septa manentes, tamen sub abbatis potestate separatas habere cellulas permittantur. Abbatibus quoque singulis diversas cellulas aut plura monasteria habere non liceat, nisi tantum propter incursum hospitalitatis intra muros receptacula collocare.

XXXIX. *Ut clerici nuptialia vitent convivia.*

Presbyteri, diacones, subdiacones vel deinceps quibus ducendi uxores licentia non est, etiam alienarum nuptiarum evitent convivia, neque his cœtibus admisceantur ubi amatoria cantantur et turpia, aut obscœni motus corporum choris et saltationibus efferruntur, ne auditus et obtutus sacris mysteriis deputatus turpium spectaculorum atque verborum contagione polluantur.

XL. *Ut Christiani Judæorum vitent convivia.*

Omnes deinceps clerici sive laici Judæorum convivia evitent, nec eos ad convivium quisquis excipiat, quia cum apud Christianos cibus communibus non utantur, indignum est atque sacrilegum eorum cibos a Christianis sumi, cum ea quæ Apostolo permittente nos sumimus ab illis judicentur immunda, ac sic inferiores incipiant esse Christiani quam Judæi, si nos quæ ab illis apponuntur utamur, illi vero a nobis oblata contemnant.

XLI. *Ut clericis vetetur ebrietas.*

Ante omnia clericis vetetur ebrietas, quæ omnium vitiorum fomes ac nutritrix est. Itaque cum quem ebrium fuisse constiterit, ut ordo patitur, aut triginta dierum spatio a communione statuimus submovendum, aut corporali subdendum supplicio.

XLII. *De sortilegis vel auguria observantibus ut ab ecclesia separentur.*

Ac ne id fortasse videatur omissum quod maxime fidem catholice religionis infestat, quod aliquanti clerici vel laici student auguriis, et sub nomine fictæ religionis, quas sanctorum sortes vocant, divinationis scientiam profitentur aut quarumcunque scripturarum inspectione futura promittunt: hoc **239** quicumque clericus vel laicus detectus fuerit vel consulere vel docere, ab Ecclesia habeatur extraneus.

XLIII. *Ne de pœnitentibus clericus ordinetur, et ut presbyter altare non crigat.*

De pœnitentibus id placuit observari quod sancti Patres nostri in synodali sententia statuerunt, ut

^a E. 3, U., ministrare. Æ., B. R., ministrare diaconus.

^b U., Ne presbyter, præsentem episcopo, benedictio-

A nullus de his clericus ordinetur, et qui jam sunt per ignorantiam ordinati aut sicut bigami aut internuptarum mariti locum teneant. Ordinare diacones ^a aut consecrare altare presbyter non præsumat.

XLIV. *Ne presbyter benedictionem vel pœnitentiam in ecclesia dure præsumat* ^b.

Benedictionem super plebem in ecclesia fundere, aut pœnitentem in ecclesia benedicere presbytero renitus non licebit.

XLV. *Ut episcopus exiguum aliquid sine clericorum etiam conviventia distrahat.*

Terrulas aut vineolas exiguas et Ecclesiæ minus utiles aut longe positas parvas episcopus sine consilio fratrum, si necessitas fuerit, distrahendi habeat potestatem.

B XLVI. *Ut servos Ecclesiæ fugitivos vendere liceat episcopo.*

Fugitivos etiam domos suas aut familias deserentes, qui etiam si revocati fuerint teneri non possunt, simili ratione ab episcopis, si voluerint aut si ita illi meruerint, distrahantur.

XLVII. *Ut ante missam expletam egredi populus non præsumat.*

Missas die dominico a sæcularibus totas teneri speciali ordinatione præcipimus, ita ut ante benedictionem sacerdotis egredi populus non præsumat: qui si fecerint, ab episcopo publice confundantur.

XLVIII. *De rebus episcopi propriis vel acquisitis.*

Quidquid episcopus de suo proprio habet, ad hæredes suos si voluerit derelinquat; quidquid vero de provisione Ecclesiæ sive de agris sive de frugibus sive de oblationibus, omnia in jure Ecclesiæ reservare censuimus.

240 XLIX. *De non alienandis ab episcopo rebus Ecclesiæ, et de lib ritis.*

Diaconus vel presbyter in parochia constituti de rebus ecclesiæ sibi creditis nihil audeant commutare, vendere vel donare, quia res sacratæ Deo esse nascuntur. Similiter et sacerdotes nihil de rebus ecclesiæ sibi commissis, ut superius comprehensum est, emulare [B. R., emutare] præsumant: quod si facere voluerint, convicti in concilio et ab honore depositi de suo proprio aliud tantum restituant quantum visi sunt præsumpsisse. Sane si quis pro qualibet conditione de rebus ecclesiæ aliquid alienare voluerit, si de suo proprio tantum ecclesiæ contulerit quantum visus est abstulisse, tunc demum illud stare licebit; ita tamen liberos, quos sacerdotes, presbyteres, diacones de ecclesia sibi commissa facere voluerint, actus ecclesiæ prosequi jubemus: quod si facere contempserint, placuit eos ad proprium reverti servitium.

L. *De clericis qui crimen capitale commiserint.*

Si episcopus, presbyter vel diaconus crimen capitale commiserint aut chartam falsaverint aut testimonium falsum dixerint, ab officii honore depositi in monasterium retrudantur, et ibi tantummodo quoad vixerint laicam communionem accipiant.

nem, etc. Benedicere, præsentem episcopo, presbytero renitus non licebit.

LI. *De episcopis qui per testamentum de rebus Ecclesie aliquid contulerint.*

Si episcopus condito testamento aliquid de ecclesiastici juris proprietate legaverit, aliter non valebit nisi tantum de juris proprii facultate suppleverit.

LII. *De clericis qui sine epistolis sui episcopi proficiantur.*

Presbyter aut diaconus vel clericus sine antistitis sui epistolis ambulans, communionem ei nullus impendat.

LIII. *De presbyteris parochianis res ecclesie distrahentibus.*

Quidquid parochiarum presbyter de ecclesiastici juris possessione distraxerit, inane habeatur et vacuum, venditori a comparantis actione vertente.

LIV. *De eisdem ut quidquid emerint in nomine ecclesie comparent.*

Presbyter dum diocesim tenet, de his **241** que emerit ad ecclesie nomen scripturam faciat, aut ab ejs quam tenuit ecclesie ordinatione discedat.

LV. *Ut sacerdotes et levite canibus ad venandum et accipitribus non utantur.*

Episcopis, presbyteris, diaconis ad venandum canes aut accipitres habere non liceat: quod si quis talium personarum in hac voluntate detectus, si episcopus est, tribus mensibus se a communione suspendat, presbyter duobus mensibus abstinatur, uno diaconus ab omni officio vel communione cessabit.

LVI. *De venditionibus quas abbates facere presumpserint.*

In venditionibus quas abbates facere presumpserint hæc forma servetur, ut quidquid sine episcopi notitia venditum fuerit, ad potestatem episcopi revocetur: mœcipia vero monachis donata ab abbatibus non liceat manumitti; injustum enim putamus, ut monachis quotidianum rurale opus facientibus servi eorum libertatis otio potiantur.

LVII. *Ne unus abbas duobus cœnobiis præferatur.*

Unum abbatem duobus monasteriis interdicimus præsidere.

LVIII. *Ne monasterium sine notitia episcopi construat.*

Cellulas novas aut congregatiunculas monachorum absque episcopi notitia prohibemus institui.

LIX. *De rebus ecclesie usui collatis ut præscriptione temporis non defendantur.*

Clerici quodlibet etiam quantacunque diuturnitate temporis de ecclesie remuneratione possederint, in jus proprium præscriptione temporis non vocetur, dummodo pateat ecclesie rem fuisse, ne videantur etiam episcopi administrationes prolixas aut precatórias cum ordinati sunt facere debuisse, aut diu retentas facultates proprietati suæ posse transcribere.

LX. *De lapsis qui de catholica fide in hæresim transeunt.*

Lapsi, id est qui in catholica fide [B. R., Ecclesia] baptizati prævaricatione damnabili post in hæresim transierunt, grandem redeundi difficultatem sanxit antiquitas; quibus nos, annorum **242** multitudine

^a Ex U. In A., venditorem. In reliquis, venditore.

^b In Codicibus: solemnitate. Vox natalium desumpta est ex alio textu Codicum Æ. et B. R., in quo sub Sententiarum nomine viginti et tres canones

breviata, pœnitentiam biennii conditione infrascriptæ observationis imponimus, ut præscripto biennio tertia die sine relaxatione jrjument et ecclesiam studeant frequentare, in pœnitentium loco standi et orandi humilitatem noverint observandam, ut etiam ipsi cum catechumeni egredi commonentur abscedant. Hoc si observare voluerint, constituto tempore admittendis ad altarium observatio relaxetur; quod si ardua vel dura forte putaverint, statuta præteritorum canonum implere debebunt.

LXI. *De incestis conjugiiis.*

De incestis conjunctionibus nihil prorsus veniæ reservamus nisi cum adulterium separatione sanaverint: incestos vero nullo conjugii nomine deputandos, quos etiam designare funestum est: hos enim esse censemus: si quis relictam fratris, quæ pene prius soror exstiterat, carnali conjunctione violaverit: si quis fratris germanam uxorem accipiat: si quis novercam duxerit: si quis consobrinæ sobrinæve se societ, quod ita præsentis tempore prohibemus, ut ea quæ sunt ante nos instituta non dissolvamus: si quis relictæ vel filiæ avunculi misceatur aut patris filiæ vel privignæ suæ concubitu polluat: sane quibus conjunctio illicita interdicitur, habebunt inveniendi melioris conjugii libertatem.

LXII. *De his qui servos suos extra judicem necant.*

Si quis servum proprium sine conscientia judicis occiderit, excommunicatione vel pœnitentia biennii reatum sanguinis emundabit.

LXIII. *De laicis qui in solemnitatibus majoribus ad civitatem non concurrunt.*

Si, ut supra, cives superiorum natalium ^b noti Paschæ ac Natalis Domini festivitati sicut episcopus interesse neglexerint, in quibus civitatibus positos accipiendæ communionis vel benedictionis desiderio noverint; qui hoc facere neglexerint, triennio communionis priventur Ecclesie.

LXIV. *De clericis qui ab ecclesie officio diebus solemnibus desunt.*

Si quis in clero constitutus ab ecclesia sua diebus solemnibus defuerit, id est Nativitate Domini, sancta Epiphania, Pascha vel Pentecoste dum potius ^c sæcularibus lucris student quam servitio suo parere, convenit ut **243** triennio communionis suspendatur: similiter diaconus vel presbyter si tres hebdomadas ab ecclesia sua defuerit, huic damnationi succumbat.

LXV. *De levitis ne sine jussu presbyteri sedeant.*

Quoniam non oportet diaconem sedere præsentis presbytero, sed ex jussione presbyteri sedeat: similiter autem honorificetur diaconus a ministris inferioribus et omnibus clericis.

LXVI. *De ministris ne in secretarium ingrediuntur.*

Quoniam non oportet ministros licentiam habere in secretarium, quod Græci diaconicon appellant, ingredi et contingere vasa dominica.

hujus Agathensis concilii repetuntur.

^c Æ., Pentecoste, Natali sancti Joannis vel sanctæ Mariæ, dum potius.

LXVII. De catholicis ne hæreticorum connubiis copulentur.

Quoniam non oportet cum omnibus hæreticis miscere connubia, et vel filios vel filias dare, sed potius accipere, si tamen se profitentur Christianos futuros esse catholicos.

LXVIII. De levitis et clericis ne magi vel incantatores sint.

Quoniam non oportet ministros altaris aut clericos magos aut incantatores esse aut facere quæ dicuntur phylacteria, quæ sunt magna obligamenta animarum: hos autem qui talibus utuntur projici ab ecclesia jussimus.

LXIX. De seditonariis.

Seditonarios nunquam ordinandos clericos, sicut nec usurarios vel injuriarum suarum ultores.

LXX. De scurrilibus et jocularibus clericis.

Clericum scurrilem et verbis turpidis jocularium ab officio retrahendum.

LXXI. De synodo annis singulis congreganda.

Synodum etiam secundum constituta Patrum annis singulis placuit congregari: et quia in nomine Domini omnibus salubriter constitutis synodus cum pace dimittitur, gratias Deo agimus, orantes ejus clementiam ut hæc eadem facere in honorem Domini per multos annos possimus.

Ego Cæsarius in Christi nomine episcopus, juxta id quod universis sanctis coepiscopis meis qui mecum subscripserunt placuit, instituta Patrum secutus, his definitionibus annuens, sub die v kalendas Septembris subscripsi.

Cyprianus episcopus subscripsi.

Clarus episcopus subscripsi.

Tetradius episcopus subscripsi.

Heraclius episcopus Tolosanæ civitatis subscripsi.

Sopbronius in Christi nomine Agathensis civitatis episcopus subscripsi.

Sedatus episcopus subscripsi.

A Quintianus episcopus subscripsi.
Sabinus episcopus subscripsi.
Boentius episcopus subscripsi.
Gratianus episcopus subscripsi.
Nicetius [T. 1, Nicentius] episcopus subscripsi.
Suavis episcopus subscripsi.
Galactorius episcopus subscripsi.
Gratus episcopus subscripsi.
Vigilius episcopus subscripsi.
Glicerius episcopus subscripsi.
Petrus episcopus subscripsi.
Coronopius episcopus subscripsi.
Probatius episcopus subscripsi.
Martinus [Æ., B. R., E. 3, U., Maternus] episcopus subscripsi.

B Marcellus episcopus subscripsi.
Agricius episcopus subscripsi.
Pentadius episcopus subscripsi.
Abinus presbyter missus a domino meo Caprario episcopo subscripsi.

Joannes presbyter missus a domino meo Victorio episcopo subscripsi.

Ingenuus presbyter missus a domino meo Apro [B. R., Aprio] episcopo subscripsi.

Paulus presbyter missus a domino meo Juliano episcopo subscripsi.

Pompedius presbyter missus a domino meo Juliano episcopo subscripsi.

Polemius presbyter missus a domino meo Cistilio episcopo subscripsi.

C Petrus presbyter missus a domino meo Marcello episcopo subscripsi.

Firminus presbyter missus a domino meo Pamulo episcopo subscripsi.

Leo diaconus missus a domino meo Vero episcopo subscripsi.

Optimus diaconus missus a domino meo Leonio episcopo subscripsi.

XXXI

CONCILIIUM AURELIANENSE PRIMUM

VIGINTI ET OCTO EPISCOPORUM.

245-246 Cum auctore [T. 1, 2, Doctore] Domino in Aurelianensi urbe fuisset concilium summorum antistitum congregatum, communi omnium collatione complacuit, ut hoc quod verbo statuerunt, etiam scripturæ testimonio roborarent.

I. De homicidis et adulteris et juribus si ad ecclesiam confugerint.

Id constituimus observandum quod ecclesiastici canones decreverunt et lex Romana constituit, ut ab ecclesiæ atris vel domo episcopi reos abstrahere omnino non liceat, sed nec alteri consignari, nisi ad Evangelia datis sacramentis de morte et debilitate et omni poenarum genere sint securi; ita ut ei cui reus fuerit criminis de satisfactione conveniat. Quod si

D sacramenta sua convictus fuerit violasse, reus perjurii non solum a communione Ecclesiæ vel omnium clericorum, verum etiam et a catholicorum convivio separetur. Quod si cui reus est noluerit sibi intentione faciente componi, et ipse reus de ecclesia actus timore discesserit, ab ecclesiæ clericis non queratur.

II. De raptoribus si ad ecclesiam confugerint.

De raptoribus autem id constituendum esse censuimus, ut si ad ecclesiam raptor cum rapta convenit, et feminam ipsam violentiam pertulisse constiterit, statim liberetur de potestate raptoris, et raptor mortis vel poenarum impunitate concessa ad serviendi conditionem subjectus sit, aut redimendi se liberam habeat facultatem. Si vero quæ rapitur patrem ha-

bere conlitterit et puella raptori consenserit, potestati patris excusata reddatur, et raptor a patre superioris conditionis satisfactioni teneatur obnoxius.

III. *De servis si ad ecclesiam confugerint.*

Servus qui ad ecclesiam pro qualibet culpa confugerit, si a domino ommissa [B. R., missa] culpa sacramentum susceperit, statim ad servitium domini sui redire cogatur: sed posteaquam dato sacramento domino suo fuerit consignatus si aliquid pœnæ pro eadem culpa qua excusatur probatus fuerit pertulisse, pro contemptu Ecclesiæ et prævaricatione fidei, a communione et convivio catholicorum, sicut superioris comprehensum est, extraneus habeatur. Si vero servus pro culpa sua ab ecclesia defensatus sacramenta domini clericis exigentibus de impunitate perciperit, exire nolentem a domino licet occupari.

IV. *De eo qui ab episcopo aliquid repetit: pro ipsa conventionione ab Ecclesia non privetur.*

Si quis ab episcopo vel de Ecclesia vel de proprio jure crediderit aliquid repetendum, nihil convicii aut criminationis objiciens, eum pro sola conventionione a communione Ecclesiæ non liceat submoveri.

V. *Si episcopus servum alterius clericum fecerit.*

Si servus absente aut nesciente domino, episcopo sciente quod servus sit, diaconus aut presbyter fuerit ordinatus, ipso clericatus officio permanente episcopus eum domino dupli satisfactione compenset. Si vero episcopus cum servum nescierit, qui testimonium perhibent aut eum supplicaverint ordinari simili redhibitioni teneantur obnoxii.

VI. *Si diaconus aut presbyter crimen capitale commiserint.*

Si diaconus aut presbyter crimen capitale commiserint, simul officio et communione pellantur.

VII. *De his qui pœnitentiam violaverint.*

De his qui suscepta pœnitentia religionem suæ professionis oblitii ad sæcularia relabuntur, placuit eos et a communione suspendi et ab omnium catholicorum convivio **247** separari. Quod si post interdictum cum eo quisquis præsumpserit manducare, et ipse communione privetur.

VIII. *Si presbyter aut diaconus se pro reatu aliquo ab eucharistia [U., communione] suspenderit.*

Si presbyter vel diaconus pro reatu suo se ab altaris communione sub pœnitentis professione submoverit, sic quoque si alii defuerint et causa certæ necessitatis exoritur, poscentem baptismum liceat baptizare.

IX. *Si relicta presbyteri vel diaconi alio se conjunxerit.*

Si se cuicumque mulier duplici conjugio presbyteri vel diaconi relicta conjunxerit, aut castigati separentur, aut certe si in criminum intentione persistierint ^b pari excommunicatione plectantur.

X. *De his quæ in altario offeruntur.*

Antiquos canones relegentes priora statuta credimus [Æ., decrevimus] renovanda, ut de his quæ in altario oblationes fidelium conferuntur, medietatem

A sibi episcopus vindicet, et medietatem sibi dispensandam secundum gradum clerus accipiat, prædiis de omni commoditate in episcoporum potestate durantibus.

XI. *De his quæ a fidelibus in parochianis basilicis offeruntur.*

De his quæ parochiis in terris, vineis, mancipiis atque pecuniis quicumque fideles obtulerint, antiquorum canonum statuta servantur, ut omnia in episcopi potestate consistent: de his tamen quæ in altario accesserint tertia fideliter episcopo deferatur.

XII. *Ut episcopus et pauperes et infirmos tueatur.*

Episcopus pauperibus vel infirmis, qui debilitate faciente non possunt suis manibus laborare, victum et vestimentum, in quantum possibilitas habuerit,

B largiatur.

XIII. *Ut basilicæ in cujus territorio sunt in ejus episcopi maneat potestate.*

Omnes autem basilicæ, quæ per diversa loca constructæ sunt vel quotidie construuntur, placuit secundum priorum canonum regulam, ut in ejus episcopi in cujus territorio sitæ sunt potestate consistent.

248 XIV. *De incestis ut excommunicentur.*

Ne superstes frater torum defuncti fratris ascendat, neve quisque amissa uxore sorori audeat sociari: quod si fecerint, ecclesiastica districtione feriuntur.

XV. *Ut abbates in potestate episcoporum sint, et de monachis vagis.*

Abbates pro utilitate ^c religionis in episcoporum potestate consistent, et si quid extra regulam fecerint ab episcopis corrigantur: qui semel in anno in loco ubi episcopus elegerit accepta vocatione conveniant. Monachi autem abbatibus omni obedientia et devotione subiaceant: quod si quis per contumaciam exstiterit indevotus, ac per loca aliqua evagari aut peculiare aliquid habere præsumpserit, omnia quæ acquisierit ab abbatibus auferantur secundum regulam monasterio profutura. Ipsi autem qui fuerint pervagati, ubi inventi fuerint, cum auxilio episcopi tanquam fugaces sub custodia revocentur: et reum se ille abbas futurum esse cognoscat, qui in hujusmodi personis non regulari animadversione distrinxerit vel qui monachum susceperit alienum.

XVI. *Ut monachi orarium vel zancas non utantur.*

D Monachum orarium in monasterio vel zancas habere non liceat.

XVII. *Si monachus uxorem duxerit.*

Monachus si in monasterio conversus vel pallianus comprobatus fuerit accepisse, et postea uxori fuerit sociatus, tantæ prævaricationis reus nunquam ecclesiastici gradus officium sortiatur.

XVIII. *Ut monachus sine permisso episcopi vel abbatis cellulam sibi non construat.*

Nullus monachus, congregatione monasterii derelicta, ambitionis et vanitatis impulsu cellulam sibi construere sine episcopi permissione vel abbatis sui voluntate præsumat.

^a U., G., per contemptum Ecclesiæ et prævaricationem.

^b B. R., persistierint vel in conjugio permanere volue-

rint, pari.

^c Æ., E. 3, T. 4, 2, U., G., humilitate.

XIX. Si episcopus cuiquam terrulas præstiterit excolendas, sine præiudicio juris Ecclesiæ tenebuntur.

Si episcopus humanitatis intuitu municipiolas, vineolas vel terrulas clericis aut monachis vel quibuslibet præstiterit excolendas **249** vel pro tempore teneandas, etiam si longa transisse annorum spatia comprobentur, nullum Ecclesia præiudicium patitur, nec sæculari lege præscriptio quæ Ecclesiæ aliquid impediatur opponatur.

XX. Ut ante pascha quadragesima teneatur.

Id a sacerdotibus omnibus est decretum, ut ante paschæ solemnitate non quinquagesima sed quadragesima teneatur.

XXI. Ut nullus civium festivitates majores in villa celebret.

Ut nulli civium Paschæ, Natalis Domini vel quinquagesimæ solemnitate in villa liceat celebrare, nisi quem infirmitas probabitur tenuisse.

XXII. Ut populus ante benedictionem sacerdotis de missa non egradiatur.

Cum ad celebrandas missas in Dei nomine convenitur, populus non ante discedat quam missæ solemnitas compleatur; et ubi episcopus defuerit benedictionem accipiat sacerdotis.

XXIII. Ut litanie post Ascensionem Domini celebrentur.

Rogationes, id est litanias post Ascensionem Domini placuit celebrari, ita ut præmissum triduanum jejunium post dominicæ Ascensionis solemnitate solvatur: per quod triduum servi et ancillæ ab omni opere relaxentur quo magis plebs universa conveniat: quo triduo omnes abstineant et quadragesimalibus cibis utantur.

XXIV. De clericis qui ad officium venire contemnunt.

Clerici vero qui ad opus sanctum adesse contempserint secundum arbitrium episcopi ecclesiasticam suscipiant disciplinam.

XXV. De familiaritate extranearum mulierum.

De familiaritate extranearum mulierum **250** tam episcopi quam presbyteri vel diaconi præteritorum canonum statuta custodiant.

^a *Æ.*, si infirmitatem non fuerit perpessus.

A XXVI. De religiosis et sæcularibus qui divinationes attendunt.

Si quis clericus, monachus vel sæcularis divinationem vel auguria observanda vel sortes, quas mentiuntur esse sanctorum, quibuscunque putaverint intimandas, cum his qui eis crediderint ab Ecclesiæ communione pellantur.

XXVII. Ut episcopus die dominico ab ecclesia deesse non debeat.

Episcopus si infirmitate non fuerit impeditus ^a, ecclesiæ cui proximus fuerit die dominico deesse non liceat.

Tetradius episcopus subscripsi.

Gelidandus episcopus subscripsi.

Neraclius episcopus subscripsi.

Lucinius ^b episcopus subscripsi.

Leontius episcopus subscripsi.

Camilianus episcopus subscripsi.

Quintianus episcopus subscripsi.

Eusebius episcopus subscripsi.

Boetius episcopus subscripsi.

Petrus episcopus subscripsi.

Euphrasius episcopus subscripsi.

Cyprianus episcopus subscripsi.

Principius episcopus subscripsi.

Melanius episcopus subscripsi.

Epiphanius episcopus subscripsi.

Adelphius episcopus subscripsi.

Micetius episcopus subscripsi.

Abentius [*B. R.*, Labentius] episcopus subscripsi.

Modestus episcopus subscripsi.

Lupius episcopus subscripsi.

Leontianus episcopus subscripsi.

Nepus episcopus subscripsi.

Theodosius episcopus subscripsi.

Libanius episcopus subscripsi.

Sephronius [*B. R.*, Sophronius] episcopus subscripsi.

E dius episcopus subscripsi.

Litardius [*U.*, Litardus] episcopus subscripsi.

Maurus episcopus subscripsi.

^b In reliquis, præter *A.*, *Licinius*.

XXXII

CONCILIIUM AURELIANENSE SECUNDUM.

Cum in Dei nomine in Aurelianensi urbe ad synodale concilium convenissemus, de his quæ per longum tempus observatione cessante fuerant intermissa, priorum canonum tenore servato, præsentibus regulis vetera statuta renovavimus, et nova pro causarum vel temporum conditione addenda credidimus.

251 I. De concilio metropolitani.

Primum, ut unusquisque metropolitanus in provincia sua cum comprovincialibus suis singulis annis synodale debeat opportuno tempore habere concilium: quod si illum infirmitas aut necessitas certa

tenuerit, ut ad alium constitutum locum adesse non possit, ad suam civitatem suos evocet fratres. Quod si intra biennium divinitus temporum tranquillitate concessa admonitis comprovincialibus a metropolitano synodus indicta non fuerit, metropolitani ipse pro evocationis tarditate anno integro missas facere non præsumat. Quod si evocati nulla infirmitate corporali detenti adesse sua abusione despexerint, simili sententiæ subiacebunt, qui tamen et hanc excusationem sibi noverint esse sublatam, si absentiam suam divisione sortis crediderint excusandam.

^a Deest hoc concilium in E. 3.

H. De sacerdotibus conjugatis.

Ut nullus clericorum a subdiacono et supra, qui uxores in proposito suo accipere inhibentur, propriæ, si forte jam habeat, misceatur uxori : quod si fecerit, laica communione contentus juxta priorum canonum statuta ab officio deponatur ; quem si sciens episcopus suus in hac vilitatis præsumptione viventem ^a ad officium postea admiserit, et ipse episcopus ad agendam pœnitentiam tribus mensibus sit a suo officio sequestratus.

III. De ordinatione metropolitani.

De metropolitanorum vero ordinationibus id placuit, ut metropolitani a metropolitano, omnibus, si fieri potest, præsenlibus provincialibus ^b, ordinentur : ita ut ipsi metropolitano ordinandi privilegium maneat quod ordinationis consuetudo requirit. Ipse tamen metropolitano a comprovincialibus episcopis, sicut decreta sedis apostolicæ continent, cum consensu cleri vel civium eligatur, **252** quia æquum est, sicut ipsa sedes apostolica dixit, qui præponendus est omnibus ab omnibus eligatur : de provincialibus vero ordinandis cum consensu metropolitani cleri et civium juxta priorum canonum statuta voluntas et electio requiratur.

IV. De familiaritate extranearum mulierum.

Licet jam multa quæ observari debeant multis canonicis sententiis fuerint statuta, tamen quod agnosceatur sæpe transcendere convenit replicari : ideoque statuimus, ut nequis antistitum clericorumque omnium licentiam habeat intra domum suam ullam absque his propinquis mulieribus, quas priores canones eloquuntur, habere personam : quibus etiam et id specialiter inhibetur, ut si quis clericorum suspicionem adversam aut obloquutionem populi de muliere quacunque fortassis incurrerit, eam statim si intra domum suam habet abiciat ; si certe extranea et sui juris est, ita omnibus conditionibus studeat evitare, ut infamia quæ excitata est abrogetur. Quod si quilibet ille antistitum clericorumque quod supra scriptum est vitare noluerit, pro inobedientia triennii excommunicatione mulctetur : quod si adulterii permixtio fuerit approbata, in degradatione ^c honorum priorum canonum statuta serventur ; in quibus commonitionibus metropolitano a comprovincialibus, comprovincia'is a metropolitano cum reliquis comprovincialibus dstringantur.

V. De facultatibus parochiarum.

Si quæ oblationes in quibuslibet rebus atque corporibus collatæ fuerint basilicis in civitatibus constitutis, ad potestatem episcopi redigantur, et in ejus sit arbitrio quid ad reparationem basilicæ aut observanda ibi substantia deputetur : de facultatibus vero parochiarum vel basilicarum in pagis civitatum constitutarum singulorum locorum consuetudo ^d servetur.

^a T. 1. In hac vilitate præsumptiose viventem.

^b Æ., B. R., T. 1, 2, U., comprovincialibus.

^c Æ., B. R., T. 1, 2, U., Degradatione.

A **253** VI. De excommunicatione episcopi.

De clericorum præmittenda conversione id omnimodis observetur, ne ullus ex laicis ante annualem conversionem vel ætatem legitimam, id est ante viginti quinque annorum diaconus, et triginta presbyter ordinetur, ita ut de ipsis quoque qui ordinandi sunt clerici regulare custodiatur studium ne aut duarum uxorum vir aut renuptæ maritus aut pœnitentiam professus aut semus corpore vel qui publice aliquando arreptus est ad suprascriptos ordines promoveatur. Quod si sciens episcopus contra hæc statuta agendum esse crediderit, is quidem qui ordinatur suscepto juxta anteriores canones privetur officio, sed et ille pro ordinationis temeritate sex mensibus a celebrandis officiis sequestretur ; quod si missas intra statutum tempus facere præsumpserit, anno integro ab omnium fratrum charitate privetur. De quorum promotionibus [T. 2, G., promotionibus] si quis clericus aut civis testis extiterit, quorum testimonio dum creditur frequenter pontificis ignorantia prævenitur, cum agnatum fuerit ordinationem illicitam celebratam, anno integro communionem pellantur : qui tamen si periculosam infirmitatem incurrerint, viatica illis communicatio non negatur.

VII. De episcopo qui invitum aut reclamantem præsumpserit ordinare.

Clerici vero, qui cum uxores non habuerint, benedictione suscepta conjugia crediderunt eligenda, quia volentes absque ulla reclamacione in ætate fuerint legitima ordinati, cum ipsis mulieribus quas acceperunt excommunicatione pellantur ; quod si invitum vel reclamans fuerit ordinatus, ab officio quidem deponatur, sed non a communione pellatur ; episcopus autem, qui invitum aut reclamantem præsumpserit ordinare, annuali pœnitentiæ subditus missas facere non præsumat.

VIII. De adulteriis honoratorum clericorum.

De adulteriis autem honoratorum [U., honoratorum] clericorum id observandum est, ut si quis adulterasset vel confessus fuisset vel convictus, depositus ab officio, communione concessa, in monasterium toto vitæ suæ tempore retrudatur.

IX. De clericorum honoratorum furtis aut falsitatibus.

Si quis clericus furtum aut falsitatem admiserit, **254** quia capitalia et ipsa sunt crimina, communione concessa ab ordine degradetur [T. 1, 2, U., G., regradetur]. De perjurio vero id censuimus observandum, ut si quis clericus in causis quæ sub jurejurando faciendæ [B. R., U., G., finiendæ] sunt præbuerit juramenta, et post rebus evidentibus [T. 2, evenientibus] detegitur perjurasse, biennii temporis excommunicatione plectatur.

X. De his qui ex concubinis filios habent.

De his qui ex concubinis filios habent et uxores legitimas habuerunt, aut defunctis uxoribus sibi

^d Ex Æ., B. R., T. 1, 2, U. In A. et reliquis : constitutio.

concupinas publice crederint sociandas, id observandum esse censemus, ut sicut eos qui jam sunt clerici per ignorantiam ordinati non removemus, ita statuimus ne ulterius ordinentur.

XI. De incestis conjunctionibus.

De incestis conjunctionibus i^a quæ sunt statuta servantur, ut his qui aut modo ad baptismum veniunt, aut quibus Patrum statuta sacerdotali prædicatione in notitiam antea non venerunt, ita pro novitate conversionis ac fidei suæ credimus consulendum, ut contracta hucusque hujusmodi conjugia non solvantur, sed in futurum quod de incestis conjunctionibus in anterioribus canonibus interdictum est observetur: id est ^a ut ne quis sibi conjugii nomine sociare præsumat relictam patriam, filiam uxoris, relictam fratris, sororem uxoris, consobrinam aut sobrinam, relictam avunculi vel patris. Quod si qui in hoc incesti adulterio potius quam conjugio fuerint sociati, quandiu se non sequestraverint, a communione ecclesiastica repellantur: illud quoque adjuvandum esse credidimus, ut in episcopi sui discussione consistent. De his qui in civitate sua aut territorio consistent et tali sunt ordine sociati, utrum ignoranter ad illicita conjugia venerint, an per contumaciam quæ sunt interdicta præsumperint, quia sicut his qui per ignorantiam lapsi sunt subvenitur, ita illis quibus prius Patrum statuta in notitiam venerunt, quique etiam contra sacerdotum interdicta in tali permixtione versantur, priorum canonum in omnibus statuta servantur: ut non prius communione recipiantur quam incesti adulterium, sicut scriptum est, separatione sanaverint; quia in lege Domini manifeste legitur: *Maledictus qui dormierit cum uxore patris sui, cum privigna vel sorore uxoris suæ, et reliqua his similia*: quo fit ut quos Deus maledixerit nos nisi emendatos benedicere non possumus.

255 XII. ^b De clericis qui officium suum implere detrectant.

Si qui clerici ministeria suscepta quacunque occasione agere sicut et reliqui detrectant, et excusationem de patrocinii quorumcunque ne officium impleant prætendunt, ac sacerdotes sub hujusmodi causa existimant per inobedientiam contemnendos, inter reliquos canonicos clericos, ne hac licentia alii vitientur, nullatenus habeantur, nec ex rebus ecclesiasticis cum canonicis stipendia aut munera ulla percipiunt.

XIII. De facultatibus ecclesiasticis non alienandis.

De agellis vero cæterisque facultatibus ecclesiasticis a sacerdotibus non alienandis, nec per contractus inutiliter obligandis priorum canonum statuta servantur: ut nobis per nullos contractus res ecclesiasticas alienare aut inutiliter liceat obligare. Ea etiam quæ de rebus ecclesiasticis ab antecessoribus

^a Reliqua ab his vocibus, *id est*, usque ad canonis finem in A. ad marginem scripta sunt.

^b Hic et sequentes hujus concilii canones desunt in A. et E. 3: desumpti sunt ex Codice B. R. cum variantibus cæterorum lectionibus.

A alienata vel quibuscunque instrumentis inutiliter in dispendium ecclesiæ obligata noscuntur, et intra triceunaria tempora repetitio suppetit, quæ acta sunt suffragante justitia per publicum aut electorum iudicium revocentur. Quod si is qui rem ecclesiasticam tenet admonitus iudicium declinaverit, quousque ad discussionem veniat et rem ^c restituat ecclesiastica communione privetur.

XIV. De mancipiis Christianis quæ in Judæorum servitio detinentur.

De mancipiis Christianis quæ in Judæorum servitio tenentur, si eis quod Christiana religio vetat a dominis imponitur, aut si eos, quos Ecclesia excusatos tollet, pro culpa quæ remissa est affligere vel cadere fortasse præsumperint, et ad ecclesiam iterato ^B confugerint, nullatenus a sacerdote reddantur, nisi pretium offeratur ac detur quod mancipia ipsa valere constiterit juxta taxationem ^d. Christianis quoque omnibus interdicimus, ne Judæorum conjugii miscantur; quod si fecerint, usque ad sequestrationem, quisquis ille est, a communione repellatur. Item Christianis convivia interdicimus Judæorum, in quibus si forte fuisse probantur, annuali excommunicationi pro hujusmodi contumacia subiacebunt.

XV. De celebratione missarum.

De missarum celebritate in præcipuis dumtaxat **256** solemnitatibus id observari debet, ut hora tertia missarum celebratio in Dei nomine inchoetur, quo facilius intra horas competentes, ipso officio expedito, sacerdotes possint ad vespertina officia, id est in vespertino tempore convenire: quia sacerdotem vespertinis officiis ab ecclesia talibus præterea diebus nec decet deesse nec convenit.

XVI. Ne episcopus in alienam irruat diocesim.

Episcopus in diocesi aliena ad alienos clericos ordinandos vel consecranda altaria irruere non debere: quod si fecerint, remotis his quos ordinaverint, altaris tamen consecratione manente, transgressores canonum ab annua missarum celebritate cessabunt.

XVII. Ne clerici in aliena civitate commorentur.

De his vero clericis qui sub qualibet occasione aut conditione in aliorum civitatibus vel territoriis crediderint immorandum, nec ad ultimum clericatus honorem absque sui episcopi scripto debeant promoveri ^e.

XVIII. De clericis qui sine commendatitiis vagantur.

Presbytero, diacono vel subdiacono sine episcopi sui litteris ambulanti juxta statuta priora communionem nullus impendat.

XIX. De raptu virginum sacrarum.

De raptoribus virginum consecrarum sive in proposito sub devotione viventium id statuimus, ut si quis consecratæ vel devotæ, id est religionem professæ vim inferre præsumperit, a communione

^c *Æ.*, quousque aut ad discussionem veniat, aut rem, etc.

^d *Æ.*, valere pronuntiaverit juxta taxatio.

^e *Æ.*, scripto atque consensu debeant promoveri.

ecclesiastica usque ad exitum repellatur, viatico tantum ei in infirmitatis periculo reservato. Quod si quæ rapta dicitur cum raptore habitare consenserit, et ipsa excommunicatione simili feriatur: quæ forma et de pœnitentibus ac viduis in proposito manentibus sub districtione ecclesiastica conservetur. Quod si quis sacerdos sciens hujusmodi personis communicaverit, anno integro pacem Ecclesiæ non habebit.

XX. *De munificentii sacerdotum.*

De munificentii vero sacerdotum id observandum, ut si quid præsentii tempore a clericis decedentum munificentii habetur vel possidetur deinceps a successoribus nullatenus auferatur; ita ut qui decessorum largitatibus gaudent, officia ecclesiæ, obedientiam **257** et affectum sacerdotibus præbeant: de quibus tamen munificentii quæ præsentii tempore ab his sicut dictum est possidentur, si pro opportunitate episcopo placuerit, quod voluerit commutare sine accipientis dispendio in locis aliis commutetur. De munificentii vero præsentibus quas unusquisque clericis pro sua gratia eorum obsequiis existimat conferendas, sicut in arbitrio dantis est ut tribuere quibus voluerit debeat, ita si inobedientia vel contumacia in aliqua accipientis exstiterit, culpa agnita in arbitrio sit præsentis utrum vel qualiter debeat revocari.

XXI. *De clericis qui monasteria, diœceses vel basilicas suscipiant ordinandas.*

De his vero clericorum personis, qui de civitatensis ecclesiæ officio monasteria, diœceses vel basilicas in quibuscunque locis positas, id est sive in territoriis sive in ipsis civitatibus suscipiunt ordinandas, in potestate sit [U., G., consistat] episcopi, si de eo quod ante de ecclesiastico munere habebant eos aliquid aut nihil exinde habere voluerit: quia unicuique facultas suscepti monasterii, diœcesis vel basilicæ debeat plena ratione sufficere.

XXII. *De clericis contumacibus.*

Si quis superbia elatus officium suum indignatione quæcunque implere noluerit, juxta statuta priora laica communionem contentus, ab ordine depositus tandiu habeatur alienus, quandiu digna, sicut scriptum est, pœnitentia et supplicatione satisfecerit, præsentem pontifice; ita tamen ut illis regulariter et charitatem integram, et quæcunque eis stipendiorum juxta consuetudinem reddibentur, pro qualitate foris ministretur: de quibus si querela procedat, officium agens recurrat ad synodum.

XXIII. *Ut oppressi ab episcopo clerici ad synodum recurrant.*

Si quis clericorum juxta se aut districtionem aut tractationem episcopi sui putat injustam, juxta antiquas consuetudines recurrat ad synodum.

XXIV. *De clericorum conspirationibus in synodo vindicandis.*

Si qui clericorum, ut nuper multis locis diabolo

^a Illic canon desumptus est ex *Æ.*: decet in reliquis, quamobrem correctæ est cæterorum canonum numeratio.

A instigante actum fuisse perpatuit, rebelli auctoritate se in unum conjuratione intercedente collegerint, et aut sacramenta inter se data aut chartula conscripta fuisse patuerit, **258** nullis excusationibus hæc præsumptio præveletur, sed res detecta, cum in synodum ventum fuerit, in præsumptoribus juxta personarum et ordinum qualitatem a pontificibus, qui tunc in unum collecti fuerint, vindicetur [U., G., judicetur], quia sicut charitas ex præceptis dominicis corde, non chartulæ conscriptione est vel conjurationibus exhibenda, ita quod supra sacras admittitur Scripturas auctoritate et districtione pontificali est reprimendum.

XXV. *De oblationibus ecclesiæ non retinendis.*

B Si quis res Ecclesiæ debitas vel proprias sacerdotis horrendæ cupiditatis instinctu occupaverit, retinuerit aut a potestate ex competitione perceperit, si eas non restituerit, nullis rebus excusetur; sed si agnito jure ecclesiæ non statim ecclesiæ vel sacerdoti reformaverit, aut ut ipsum jus agnoscere possit, in judicium electorum venire distulerit, tandiu a communionem ecclesiastica suspendatur, quandiu restitutis rebus tam ecclesiæ quam sacerdotibus reddatur indemnitas. Similis etiam his, qui oblationes defunctorum legaliter dimissas quolibet ordine assignare tardaverint vel retinere præsumpserint, districtionem ecclesiasticam juxta priores canones formam servetur: simili etiam sententiæ subiacebit, si quisquis ille quolibet ordine quod pro devotione sua ecclesiis dedit revocare præsumpserit.

C XXVI. *De rebus Ecclesiæ absque consensu episcopi non alienandis.*

Abbatibus, presbyteris cæterisque ministris de rebus ecclesiasticis vel sacro ministerio alienare vel obligare absque permissu et subscriptione episcopi sui nihil liceat: quod qui præsumpserit degradetur [*Æ.*, regradetur] communionem concessa, et quod temere præsumptum et alienatum est ordinatione episcopi revocetur.

XXVII. *De juvenum et conjugatorum pœnitentia.*

De pœnitentium conversione, ut ne quis benedictionem pœnitentiæ juvenibus [*Æ.*, add. personis] credere præsumat: certe conjugatis nisi ex consensu partium et ætate jam plena eam dare non audeat.

D XXVIII. *De his qui suscepta pœnitentia ad sæcularia revertuntur.*

Si quis benedictionem pœnitentiæ suscepta ad sæcularem habitum [*Æ.*, ambitum] militiamque reverti **259** præsumpserit, viatico concessa usque ad exitum excommunicationem plectatur.

XXIX. *De servis non ordinandis.*

Ut nullus servilibus colonariisque conditionibus obligatus juxta statuta sedis apostolicæ ad honores ecclesiasticos admittatur, nisi prius aut per testamentum aut per tabulas eum legitime constiterit absolutum: quod si quis episcoporum, ejus qui ordinatur conditionem sciens, transgredi per ordinationem inhibitam fortasse voluerit, anni spatio missas facere non præsumat.

XXX. *De clericis negotiatoribus.*

Ut clericus a diaconatu et supra pecuniam ^a non commodet ad usuram; nec de præbitis beneficiis quidquam amplius quam datur speret, nec vel in exercendis negotiis, ut publici qui ad populi responsum negotiatores observant, turpis lucri cupiditate versetur, aut sub alieno nomine interdicta negotia audeat exercere. Quod si quis adversum statuta venire præsumperit, communione concessa ab ordine regradetur.

XXXI. *De diei dominici observatione.*

Quia persuasum est populis die dominico agi cum caballis et bobus [*Æ.*, mulis] et vehiculis itinera non debere, nec ullam rem ad victum præparari, vel ad nitorem hominis vel domus pertinentem nullatenus exercere, quæ res ad Judaicam magis quam ad Christianam observantiam pertinere probantur, id statuimus, ut die dominico quod ante fieri licuit liceat: de opere tamen rurali, id est aratu vel vinea, sectione, excussione, exarto vel sepe censuimus abstinendum, quo facilius ad ecclesiam venientes orationis gratiæ vacent. Quod si inventus fuerit quis in operibus supra scriptis quæ interdicta sunt se exercere, qualiter emendari debeat non in laici distributione, sed in sacerdotis castigatione consistat.

XXXII. *De missa integre audienda.*

De missis nullus laicorum ante discedat quam dominica dicatur oratio, et si episcopus præsens fuerit, ejus benedictio exspectetur; sacrificia vero matutina missarum sive vespertina nullus cum armis pertinentibus ad bellorum usum exspectet: quod qui fecerit, in sacerdotis potestate consistat qualiter ejus distributione debeat castigari.

260 XXXIII. *De diebus quibus Judæis inter Christianos progredi non licet.*

Quia Deo propitio sub catholicorum regum dominatione consistimus, Judæi a die cœnæ Domini usque in secundam sabbati in pascha, hoc est ipso quadriduo procedere inter Christianos, neque catholicis populis se ullo loco vel quacunque occasione miscere præsumant.

XXXIV. *De giudice rebaptizantes non plectente.*

Judex civitatis vel loci, si hæreticum aut Bonosiacum vel cujuslibet alterius hæresis quamcunque personam de catholicis rebaptizasse cognoverit, quia reges nos constat habere catholicos, non statim rebaptizantes adstrinxerit et ad regis fidem atque justitiam propterea distringendos adduxerit, annuali excommunicationi subdatur.

^a T. 1, 2, U., G., *Ut clericus aut diaconus supra pecuniam.*

^b Subscriptiones istæ reperiuntur in A. et E. 3.

^c *Æ.*, consensu et quarto P. C. Paulini jun. indict. secunda.

A XXXV. *Ne clericus laicum neque laicus clericum ad sæculare judicium trahat.*

Clericus cujuslibet gradus sine pontificis sui permissu nullum ad sæculare judicium præsumat attrahere, nec laico, inconsulto sacerdote, clericum in sæculare judicium liceat exhibere.

XXXVI. *De horum canonum observatione.*

Quocirca hæc, quæ inspirante Domino communi consensui placuerunt, si quis antistitum viventium vel eorum quos ipsis Deus esse voluerit successores, relicta observationis integritate, custodire et implere neglexerit, reum se divinitatis pariter et fraternitatis judicio futurum esse cognoscat, quia canones suos nec ignorare quemquam nec dissimulare, id est, præterire permittitur.

^b Lupus in Christi nomine episcopus consensu et subscripsi.

Pantagathus episcopus consensu et subscripsi.

Leocadius episcopus subscripsi.

Theobades [*Æ.*, Theudovades] episcopus subscripsi.

Asterius episcopus subscripsi.

Lausto ^d episcopus subscripsi.

Ruatinus [*Æ.*, Rusticius] episcopus subscripsi.

Agrippinus episcopus subscripsi.

Passius episcopus subscripsi.

Paulinus ^e episcopus subscripsi.

Leo episcopus subscripsi.

Placidius ^f episcopus subscripsi.

Eleutherius episcopus subscripsi.

261 Arcadius episcopus subscripsi.

Amelius episcopus subscripsi.

Lucinus [*Æ.*, Licinius] episcopus subscripsi.

Flavius episcopus subscripsi.

Ursolus episcopus subscripsi.

Albinus episcopus subscripsi.

Campanus presbyter directus a domino meo Gregorio [*Æ.*, Injurioso] episcopo subscripsi.

Aulus presbyter directus a domino meo 262 Agricola [*Æ.*, Agroegula] episcopo subscripsi.

Obtardemus presbyter directus a domino meo Gallo episcopo subscripsi.

Marcellianus presbyter directus a domino meo Eumerio episcopo subscripsi.

D Baudastis ^g presbyter directus a domino meo Perpetuo episcopo subscripsi.

Vincentius presbyter directus a domino meo Subtrasio episcopo subscripsi.

^d *Æ.*, T. 1., Lausto. T. 2., Leuto.

^e T. 1, 2, Paulinus jun. indignus episcopus.

^f T. 2, Placidus. T. 1, Placitus.

^g Baudastis et Vincentii subscriptiones desumptæ sunt ex *Æ.*, cum desint in B. R. et reliquis Codicibus.

XXXIII
CONCILIUM EPAUNENSE

VIGINTI QUATUOR * EPISCOPORUM.

I. Non liceat episcopis, presbyteris, diaconibus canes ad venandum vel accipitres habere.

Episcopis, presbyteris, diaconibus canes ad venandum et accipitres habere non liceat: quod si quis talium personarum in hac fuerit voluntate detectus, si episcopus est, tribus mensibus se a communione suspendat, duobus presbyter abstinence, uno diaconus ab omni officio et communione cessabit.

II. De presbyteris vel diaconibus sine epistolis proficiscentibus.

Presbytero vel diacono sine antistitis sui epistolis ambulanti communionem nullus impendat.

III. De presbyteris qui distraxerint de ecclesiasticis juris possessione.

Quidquid parochiarum presbyteri de ecclesiastico juris possessione distraxerint, inane habeatur et vacuum: in venditore comparantis actio reservanda ^b.

IV. De presbytero qui diocesem tenuerit.

Presbyter dum diocesem tenet de his quæ tenuerit e aut ecclesie nomine scripturam faciat, aut ab ejus quam tenuit ecclesie ordinatione discedat. Similis quoque de venditionibus, quas abbates facere præsumserint, forma servabitur, ut quidquid sine episcoporum notitia venditum fuerit ad potestatem episcopi revocetur; mancipia vero monachis donata ^d ab abbate non liceat manumitti: injustum enim putamus ut monachis quotidianum rurale opus facientibus servi eorum libertatis otio potiantur.

V. Ne unus abbas duobus præsit monasteriis.

Unum abbatem duobus monasteriis interdiximus præsidere.

VI. De cellis novis et congregatiunculis.

Cellas [T. 1, 2, cellulas] novas aut congregatiunculas monachorum absque notitia episcopi prohibemus institui.

VII. Ne clerici sine ordinatione episcopi sui publicum adire præsumant.

Clerici sine ordinatione episcopi sui adire vel interpellare publicum non præsumant; sed si pulsati fuerint, sequi ad sæculare judicium non morentur.

263 VIII. De rebus Ecclesie non alienandis.

Nullus episcopus de rebus Ecclesie suæ conscientia metropolitani sui vendendi aliquid habeat potestatem, utili tamen omnibus commutatione permessa ^e.

IX. De clericis falsi testimonii convictis.

Si quis clericus in falso testimonio convictus fuerit, reus capitalis criminis censeatur.

X. De munificentia Ecclesie.

Quisquis clericus aliquid de munificentia Ecclesie

^a Ex B. R., T. 1, 2, U., G., desumptus est numerus episcoporum qui deest in A. et reliquis Codicibus.

^b B. R., T. 1, 2, revertenda.

^c B. R., U., G., emerit.

A cui servierat adeptus, et ad summum sacerdotium alterius civitatis est aut fuerit ordinatus, quod dono accepit vel acceperit reddat; quod usu vel proprietate secundum instrumenti seriem probabitur emisse possideat.

XI. De hæreticorum vel Judæorum conviviis.

Si superioris loci clericus hæretici cujuscunque clerici convivio interfuerit, anni spatium [T. 1, spatium] panem [B. R., T. 1, 2, pacem] Ecclesie non habebit: quod juniores clerici si præsumpserint vapulabunt. A Judæorum vero conviviis etiam laicos constitutio nostra prohibuit, nec cum ullo clerico nostro panem comedat quisquis Judæorum convivio fuerit inquinatus.

XII. De dando chrismate.

B Presbyteros propter salutem animarum, quam in cunctis optamus, desperatis et decumbentibus hæreticis, si conversionem suam subitam petant, chrismate permittimus subvenire: quod omnes conversuri si sani sunt ab episcopo noverint expectendum.

XIII. De episcopi testamento.

Si episcopus condito testamento aliquid de ecclesiastici juris proprietate legaverit, aliter non valebit nisi vel tantum de juris proprii facultate suppleverit.

XIV. De his qui remunerationem ecclesie possederint.

C Clerici quod etiam sine precatoris qualibet diurnitate temporis de ecclesie remuneratione possederint, cum auctoritate domini gloriosissimi principis nostri in jure proprietarium [U., in jus proprium] præscriptione temporis non vocetur, dummodo pateat ecclesie rem fuisse.

264 XV. De diacono aut presbytero qui crimen capitale commiserit.

Si diaconus aut presbyter crimen capitale admisit, ab officii honore depositus in monasterium retrudatur, ibique tantummodo quandiu vixerit communione sumenda.

XVI. De professione reformata.

Si quis accepta professione penitentia boni memor ad sæcularia relabatur, prorsus communicare non poterit, nisi professione [B. R., professioni] quam illicite prætermiserat reformetur.

XVII. De laicis qui crimen clericis obijciunt.

D Laicis contra cujuslibet gradus clericum si quid criminale parant obijcere, dummodo vera suggerant, proponendi permittimus potestatem.

XVIII. Ubi ponantur reliquie sanctorum.

Sanctorum reliquie in oratoriis villaribus non po-

^d Ex reliquis Codicibus præter A., in quo scribitur: data.

^e U., G., potestatem; utilis tamen omnibus commutatio permessa.

uantur, nisi forsitan clericos cujuscunque parochiæ A vicinos esse contingat, qui sacris cineribus psal- leandi frequentia famulentur : quod si illi defuerint, non ante proprii ordinentur, quam eis competens vietus et vestitus substantia deputetur.

XXIX. Altaria nisi lapidea non ungantur.

Altaria nisi lapidea chris-matis unguine non sa- crentur ad celebranda divina officia : ordinem quem metropolitani tenent provinciales eorum observare debebunt.

XX. De damnati absolutione.

Si episcopus ante damnati absolutionem obitu ra- piatur, correctum aut pœnitentem successori licobit absolvere.

XXI. De lapsis in fide.

Lapsis, id est, qui in catholica baptizati prævari- catione damnabili post in hæresim transierint, grandem redeundi difficultatem sanxit antiquitas : quibus nos annorum multitudine breviata pœnitentiam biennii conditione infrascriptæ observationis imponimus, ut præscripto biennio tertia die sine relaxatione jejurent, ecclesiam studeant frequen- tare, in pœnitentum loco standi et orandi humili- tatem noverint observandam, etiam ipsi cum cate- chumeni procedere commonentur abscedant : hoc si observare noluerint **265** constituto tempore ad- mittendis ad altarium observatio relaxetur ; quam si arduam vel duram forte putaverint, statuta præter- itorum canonum complere debebunt.

XXII. De incestis conjunctionibus.

Iucestis conjunctionibus nihil prorsus veniæ reser- vamus, nisi cum adulterium separatione sanaverint : incestos vero nec ullo conjugii nomine prævalendos præter illos, quos vel nominare funestum est, hos esse censemus : si quis relictam fratris, quæ pene prius soror exstiterat, carnali conjunctione violave- rit : si quis frater germanam uxoris accipiat : si quis novercam duxerit * : si quis consobriiæ sobri- næque se societ : quod ut a præsentis tempore pro- hibemus, ita ea quæ sunt antè instituta non sol- vimus : si quis relictæ avunculi misceatur aut patru- i vel privignæ concubitu polluatur. Sane quibus con- junctio illicita interdicitur, habebant ineundi melio- ris conjugii libertatem.

XXIII. De pœnitentia homicidarum.

De pœnitentia homicidarum, qui sæculi leges eva- serant, hoc summa reverentia de eis inter nos pla- cuit observari, quod antiqui Nicæni canones decre- verunt.

* B. R., T. 1, novercam, patris uxorem secundam duxerit.

XXIV. De basilicis hæreticorum.

Basilicas hæreticorum, quas tanta execratione ha- bemus exosas ut pollutionem earum purgabilem non putemus, sanctis usibus applicare despiciamus : sane quas per violentiam nostris tulerant possumus revo- care.

XXV. Si quis servum proprium occiderit.

Si quis servum proprium sine conscientia judicis occiderit, excommunicatione biennii effusionem san- guinis expiabit.

XXVI. Nullus sine remedio aut spe veniæ ab Ecclesia repellatur.

Nullus sine remedio aut spe veniæ ab Ecclesia re- pellatur, neve ulli, si aut pœnituerit **266** aut cor- roxerit, ad veniam redeundi aditus obstruatur ; sed cui forsitan discrimen mortis imminet damnationis constitutæ tempora relaxantur. Quod si ægrotum accepto viatico revalescere fortasse contingat, sta- tuti temporis spatia observare conveniat.

XXVII. De laicorum ordinatione.

Ne laicus nisi religione præmissa clericus ordi- netur.

XXVIII. De puellarum monasteriis.

Monasterium puellarum non nisi probatæ vitæ, ætatis provec-tæ ad quascunque earum necessitates vel ministraciones permittantur intrare : ad facien- das vero missas qui ingressi fuerint statim exacto ministerio regredi festinabunt : alias autem nec cle- ricus nec monachus juvenis ullum ad puellarum con- gregationem habeat accessum, nisi aut paterna aut germana necessitudo probetur admittere.

XXIX. De servis ad ecclesiam confugientibus.

Servus reatu atrociori culpabilis si ad ecclesiam confugerit, a corporalibus tantum suppliciis excuse- tur. De capillis vero aut quocunque opere placuit dominis juramenta non exigi.

XXX. De horum canonum observatione.

Quocirca hæc quæ superna inspiratione communi consensu placuerunt si quis sanctorum antistitum, qui statuta præsentia subscriptionibus propriis firma- verunt, nec non et quos eorum Deus esse voluerit successores, relicta integritate observationis exces- serit, reum se divinitatis pariter et fraternitatis ju- dicio futurum esse cognoscat.

D Avitus episcopus constitutiones nostras, id est sancta ^b sacerdotum provinciæ Viennensis relegi et subscripsi die et tempore x Kalendarum mensis octavi, Agapeto [B. R., Agapio] consule. In hac synodo subscripserunt episcopi viginti tres ^c.

^b In A., in sancta.

^c B. R., T. 1, 2, viginti quatuor.

XXXIV

CONCILIIUM CARPENTORATENSE.

267-268 Carpentoratæ convenientes hujusmodi ad nos querela pervenit, quod ea quæ a quibuscun- que fidelibus parochiis conferuntur ita ab aliis quibus

episcopis præsumantur, ut aut parum aut prope nihil ecclesiis quibus collata fuerant relinquatur.

Hoc nobis justum et rationale visum est, ut si

ecclesia civitatis ejus [U., G., hujus] cui episcopus præest, ita est idonea ut Christo propitio nihil indigeat, quidquid parochiis fuerit derelictum, clericis qui ipsis parochiis deservunt vel reparationibus basilicarum rationabiliter dispensetur : si vero episcopum multas expensas vel^a minorem substantiam habere constiterit, parochiis quibus largior fuerit collata substantia, hoc tantum quod clericis vel architectis rationabiliter sufficit reservetur : quod

^a *Æ., sed. B. R., T. 1, 2, U., G., et.*

A autem amplius fuerit, propter majores expensas episcopus ad se debeat revocare, ita tamen ut nihil de facultatula ipse^b vel de ministerio cleri loci ipsius licentiam habeat minuendi.

Hoc etiam placuit custodiri, ut sequenti anno in vico Vasensi debeat concilium congregari.

In hac constitutione subscripserunt episcopi quindecim.

^b *B. R., T. 1, 2, U., G., ipsa.*

XXXV

CONCILIUM ARVERNENSE PRIMUM.

I. Quid prius in synodo tractandum.

In primis placuit, ut quoties secundum statuta Patrum sancta synodus congregatur, nullus episcoporum aliquam prius causam suggerere audeat quam ea quæ ad emendationem vitæ, ad severitatem regulæ, ad animæ remedia pertinent finiatur.

II. De episcopis ordinandis.

Placuit etiam, ut sacrum quis pontificis honorem non præmiis quærat sed meritis, ne divinum videatur munus rebus comparare sed moribus, atque eminentissimæ dignitatis apicem electione conscendat omnium, non favore paucorum. Sit in eligendis sacerdotibus cura præcipua, quia irreprehensibiles esse convenit quos præesse necesse est corrigendis : diligenter quis inspicat pretium dominici gregis, ut sciat quod meritum constituendi deceat esse sacerdotis. Episcopatum ergo desiderans electione clericorum vel civium, consensu etiam metropolitani ejusdem provinciæ, pontifex ordinetur : non patrocinia potentum adhibeat, non calliditate subdola ad conscribendum decretum alios hortetur præmiis, alios timore compellat ; quod qui fecerit ecclesiæ cui indigne præesse cupit communione privabitur.

III. De palliis ecclesiæ : ne clerici a potentibus erigantur : et de facultatibus ecclesiæ raptoribus.

Observandum de palliis ecclesiæ vel ministeriis divinis, ne defunctorum corpuscula obvolvantur. Ne a potentibus sæculi clerici contra episcopos suos ullo modo erigantur. Qui resculam ecclesiæ vel ejus facultatulam auferre cupiunt excludantur.

269 IV. Ne Christiani Judæis matrimonio jungantur.

Si quis Judaicæ pravitati jugali societate conjungitur, id est si seu Christiano Judæa, sive Judæo Christiana mulier carnali consortio misceatur, quicumque horum tantum nefas admisisse noscuntur, a Christiano cœtu atque convivio et a communione Ecclesiæ protinus segregentur.

V. De dominici corporis velamine.

Ne opertorio dominici corporis sacerdotis unquam corpus dum ad tumulum evehitur obtegatur, et sacro velamine usibus suis reddito, dum honorantur corpora, altaria polluantur.

B VI. Ne ad nuptiarum ornatum ministeria divina præstentur.

Ne ad nuptiarum ornatum ministeria divina præstentur, ne dum improborum tactu vel pompa sæcularis luxuriæ polluantur, ad officia sacri ministerii videantur indigna.

VII. Ne Christianis Judæi præficiantur.

Ne Judæi Christianis populis judices præponantur.

VIII. De parochiis ab episcopo alieno non invadendis.

Ne parochias cujuslibet episcopi alterius civitatis episcopus canonum temerator invadat, et vesanæ cupiditatis facibus inflammatus, suis quodammodo non contentus, rapiat aliena.

C IX. De alterius clericis non suscipiendis.

Nullus episcopus alterius clericum contra voluntatem episcopi sui suscipere audeat aut sacerdotio prorogare.

X. De incestis conjunctionibus.

Si quis relictam fratris, sororem uxoris, privignam, consobrinam, sobrinam vel relictam item patrii atque avunculi carnalis contagii crediderit consortio violandam, et ausu sacrilego auctoritatem divinæ legis ac jura naturæ præruperit, et cui charitatis ac pii affectus solatia exhibere debuerat suorum hostis ac pudicitiae expugnator vim inferre tentaverit, apostolicæ constitutionis sententia feriat, et quantum in tanto versatur scelere a Christiano cœtu atque convivio simulque Ecclesiæ matris communione privabitur.

D 270 XI. De continentia clericorum.

Cum presbyteri atque diaconi sublimi dignitate apice prorogantur, actibusque omnino renuntiant sæculi, et ad sacrum electi mysterium [*Æ., B. R., ministerium*] repudient carnale consortium ac permutationis pristinæ contubernium permutent germanitatis affectu : et quisquis ille est presbyter atque diaconus, divino munere benedictione percepta, uxori prius suæ frater illico efficiatur ex conjugate.

XII. De sacerdotum incontinentia.

Quosdam reperimus ardore libidinis inflammatos abjecto militiæ cingulo vomitum pristinum et inhibita rursus conjugia petiisse, atque incesti quodammodo crimine sacerdotium violasse, quod nati etiam filii

prodiderunt : quod quisquis fecisse cognoscitur, A omni in perpetuum quam admissis jam crimine perdidit dignitate privabitur.

XIII De fraudatoribus.

Si cujuscunque munuscula quacunq̄ sanctis scriptura collata nefaria quis calliditate fraudaverit, invaserit, retentaverit atque suppresserit, et non statim a sacerdote commonitus Deo collata reddiderit, ab Ecclesiæ catholicæ communione pellatur.

XIV. De præcipuis festivitibus cum episcopo in civitate peragentis.

Si quis presbyter aut diaconus neque in civitate neque in parochiis canonicus esse dignoscitur, sed in villulis habitans in oratoriis officio sancto deserviens celebrat divina mysteria, festivitates præcipuas, Domini Natale, Pascha, Pentecosten, et si quæ B principales festivitates sunt reliquæ, nullatenus alibi nisi cum episcopo suo in civitate teneat : quicumque sunt cives natu majores, pari modo in urbibus ad pontifices suos in prædictis festivitibus veniant. Quod si qui improba temeritate contempserint, iisdem festivitibus, in quibus in civitate adesse despiciunt communione pellantur.

XV. De bono clericorum testimonio.

Episcopus, presbyter atque diaconus ita sanctæ conscientiæ luce resplendeant, ut effugiant probitate actuum maledicorum obloquia : testimonium in se divinum implere contendant quod Dominus ait : *Videntes vestra bona opera glorificent Patrem vestrum qui est in cælis.*

271 XVI. Ne clerici cum extraneis habitent mulieribus.

Igitur auctoritate canonica atque mansura in ævum constitutione sancimus, ut fugiatur ab omnibus clericis extranearum mulierum culpanda libertas : et tantum cum avia, matre, sorore vel nepte, si necessitas tulerit, habitent : de quibus nominibus, ut priorum 272 canonum series continet, nefas est aliud quam natura constituit suspicari. In cubiculo etiam horum atque cellario vel familiari quolibet servitio neque sanctimonialis ulla neque extranea mulier sit, neque ancilla ullo modo admittatur : quod si quis præceptorum Dei immemor crediderit contemnendum, sciat se auctoritate canonica communionis sine dubio subire jacturam.

XXXVI

EPISTOLA VEL CONCILIUM DE CIVITATE ARVERNENSI

AD REGEM THEODOBERTUM DIRECTA.

Domino illustrissimo atque præcellentissimo domino et filio Theodoberto regi Honoratus, Hilarius, Gregorius, Soricius, Necetius, Flavius, Domitius, Dalmatius, Lupus, Sperijs et Desideratus ^a.

Dum in Arverna urbe ad replicanda canonum statuta vel studio elucidandæ legis ecclesiasticæ his qui dubietate regendæ vitæ propriæ forsitan premebantur cultores vestri ecclesiarum vestrarum episcopi pariter sederemus, plurimorum ad nos suæ desperationis remedium flagitantium turba confluit, sperantes ut non minus pro regni vestri felicitate, quam pro sua consolatione pietatem vestram nostra humilitas exoraret, ut nunc per suggestionem nostram justitiæ et pietatis vestræ auribus intimaretur, ut nullum de rebus vel de possessiunculis propriis alienam pietas vestra permitteret, ut dum unius regis D quisque potestati ac dominio subjacet, in alterius sorte positam cujuscunque ut assolet impetitione non amitteret facultatem : quod nos de vestri culminis justitia et pietate fidentes non credimus denegandum, ut dum plurimorum necessitatibus justa ut credimus et Deo placentes suggestionem consulimus, prosperita-

tem regno vestro et repensationem cœlestis Domini per indultam pietatis ^b gratiam habeatis [*Æ.*, *augentis*]. Unde reverentissime ut dignum est sospitantes quæsumus ut hoc nostræ petitioni divino intuitu pietas vestra non denegat, ut tum rectores ecclesiarum vestrarum, cum universos clericos atque etiam sæculares sub regni vestri conditione manentes, nec non ad regnorum patrum vestrorum dominium pertinentes, de quo in sorte vestra est extraneos, de quo habere proprium semper visi sunt, non permittatis existere, ut securus quicumque proprietatem suam possidens debita tributa dissolvat domino in cujus sorte possessio sua pervenit, quod et thesauris vestris omnino utilius esse censemus, si semper pietatem vestram salvata possessio consuetudinariam intulerit functionem, et nos peculiaris clementia vestra consulatur, si obtentu hujuscemodi petitionis nos quoque vestra fecerit gratulari statuta. Deo propitio synodus infrascripta ^c apud Ecclesiam Arvernam sub die vi idus Novembris post consulatum Paulini Junioris.

^a *Æ.*, Domitius, Deuterius, Gallus, Dalmatius, Venantius, Gramaticus, Lupus, Sperijs, Desideratus episcopi.

^b T. 1, per indultam pietatem. T. 2, per indulgentiam pietatis.

^c Epistola hæc supponit remissionem exemplaris cujusdam ad regem Theodobertum : quamvis autem ipsa in Codicibus concilio Arvernensi secundo præponatur, eam tamen ad Arvernense primum revocandam, et contextus et epocha demonstrant.

XXXVII
CONCILIIUM ARVERNENSE SECUNDUM.

273-274 Ubi beatus Petrus divinitus inspiratus, et confessione sua omnibus credentibus profuturus: *Tu es, inquit, Christus Filius Dei vivi*, nec immerito beatus pronuntiatur a Domino, et a principali ad divinam gratiam referendum est, quando vota principum concordant animis sacerdotum; ut dum sit pontificale concilium, normam vivendi teneat capitulatio [*Æ.*, recapitulatio] antiqua canonum vel ut locus temporis est, in quibuscumque titulis veteribus adhærens nova constitutio sanctionum. Igitur cum clementissimus princeps dominus ^a triumphorum titulis invictissimus Childebertus rex per amorem sacræ fidei et statum religionis in Aurelianensi urbe congregasset in unum Dei sacerdotes, cupiens ex ore Patrum audire quod sacrum est, quod pro ecclesiastico ordine auctoritate promittitur pastoralis, et venientibus sit norma et præsentibus disciplina quæ convenient a præsentis tempore in posterum custodire, præstante [*U.*, separari] Deo signanter ex titulis.

I. De confirmatione damnationis sectarum Eutychemis et Nestorii.

Renovata itaque nefariam sectam, quam auctor male sibi conscius, et a vivo sanctæ fidei catholicæ fonte discedens sacrilegus quondam condidit Eutychemes vel si quæque a venefico similiter impio sunt prolata Nestorio, quas etiam sectas sedes apostolica sancta condemnat, similiter et nos easdem, cum suis auctoribus et sectatoribus execrantes præsentis constitutionis vigore anathematizamus atque damnamus, rectum atque apostolicum in Christi nomine fidei ordinem prædicantes.

II. De excommunicatione pro levibus non impendenda.

Nullus sacerdotum quemquam rectæ fidei hominem pro parvis et levibus causis a communione suspendat, præter eas culpas pro quibus antiqui Patres ab Ecclesia arceri jusserunt committentes.

III. Ne clerici cum extraneis mulieribus habitent.

Ut nullus episcopus, presbyter aut diaconus extranearum mulierum intra domum præsumat habere solatium, et cui etiam pro utilitate sua aliquam familiariter regendam committat, quod etiam et propinquis feminis horis indecentibus similiter prohibemus, ne sub concessa sibi licentia parentali ab earum sequipedis memoratorum vita vel opinio polluat. Quod si episcopi nunc vetita uti sibi sub quadam præsumptione voluerint, anno uno a metropolitano vel a provincialibus ab officio deponantur [*Æ.*, *B. R.*, *T. 1.*, suspendantur]: clerici autem a propriis episcopis modo qui supra scriptus est corrigantur.

IV. De clericis conjugatis.

Si quis clericus post actam benedictionem cujuslibet loci vel ordinis ad conjugale torum denuo, jam sibi illicitum, redire præsumperit, usque in diem

A vite suæ ab ordine accepti ordinis, sicut habent Patrum antiqui canones, ac officio deponatur, ei tantummodo communionem concessa.

V. Ne episcopus alienum clericum promoveat.

Ut nullus clericum seu lectorem alienum sine sui cessione pontificis vel promovere vel sibi quibusque conditionibus audeat vindicare: quod si quis hanc constitutionem fuerit quacunquæ præsumptione transgressus, memoratæ personæ ab eo, cui sunt debite seu ecclesiastico jure sive proprio, revocatæ, quia illicita vacatione [*B. R.*, *T. 1.*, vacatione] discesserunt, ab officio vel honore suscepto juxta arbitrium sui pontificis suspendantur: episcopus vero qui ordinaverit, sex menses tantum missas facere non præsumat.

VI. Ne servi ordinentur.

Ut servum qui libertatem a dominis propriis non acceperit aut etiam liberum nullus episcoporum absque ejus tantum voluntate cujus aut servus est aut absolvisse [*U.*, absolutus esse] dignoscitur, clericum audeat ordinare: quod quisquis fecerit, is qui ordinatus est a domino revocetur; et ille qui est collator ordinis, si sciens fecisse probatur, sex mensibus tantum **275** missam facere non præsumat. Si vero sæcularium servus esse convincitur, ei qui ordinatus est benedictione servata, honesto ordine domino suo impendat obsequium; quod si sæcularis dominus amplius eum voluerit inclinare, ut sacro ordini inferre videatur injuriam, duos servos, sicut et antiqui canones habent, episcopus qui eum ordinavit domino sæculari restituat; et episcopus eum quem ordinavit ad Ecclesiam suam revocandi habeat potestatem.

VII. De manumissis in ecclesia.

Et quia plurimorum suggestionem comperimus eos, qui in ecclesiis juxta parochitanam consuetudinem a servitio fuissent absoluti, pro libitu quorumcumque iterum ad servitium revocari, impium esse tractavimus, ut quod in ecclesia Dei consideratione a vinculo servitutis absolvitur irritum habeatur. Adeo pietatis causa communi consilio placuit observandum, ut quæcumque mancipia ab ingenuis dominis servitute laxantur, in ea libertate maneat quam tunc a dominis perceperant: hujusmodi quoque libertas, si a quocumque pulsata fuerit, cum iustitia ab ecclesiis defendatur, præter eas culpas quibus leges collatas servis revocare jus erant libertates.

VIII. Ne quis defuncto episcopo ejus facultates assumat.

Ut in civitate ubi pontifex jure humanæ conditionis obierit, nullus episcopus ante substitutionem reparati per ordinem successoris aut in civitate aut per parochias ordinare clericos aut altaria audeat consecrare, vel quidquam de rebus Ecclesiæ præter

^a *U.*, princeps et invictissimus dominus Theodobertus.

humanitatem præsumat auferre: quod si quisquis temerario ausu statuta transcendit, conventus ab instituto pontifice, verecundiæ consulens sine dilatione [*Æ.*, dilatione ablat.] restituat. Si vero suæ libertatis arbitrio vel quorumcumque precibus actus quæcumque personam aut promoveri aut contra hoc interdictum ire præsumperit, anno integro missas tantum facere non præsumat.

IX. Nullus laicus ante anni conversionem episcopus ordinetur.

Ut nullus ex laicis absque anni conversione præmissa episcopus ordinetur, ita ut intra anni spatium a doctis et probatis viris disciplinis et regulis spiritualibus plenius instituat[ur] [*U.*, *G.*, instruat]: quod si hoc quisque episcoporum transcendere quæcumque conditione præsumperit, **276** anno integro ab officio vel charitate fratrum habeatur extraneus.

X. Nullus episcopatum pretio aut præmiis obtineat.

Ut nulli episcopatum quolibet pacto liceat præmiis aut comparatione adipisci, sed sicut in antiquis canonibus tenetur scripturam consensu cleri et plebis a metropolitano vel quem in vice sua permiserit cum comprovincialibus pontifex conecretur: quod si quis hanc regulam per contemptum hujus sanctæ constitutionis excesserit, eum qui per præmia ordinatus fuerit statuimus removendum.

XI. Nullus invitus ordinetur episcopus.

Item sicut antiqui canones decreverunt nullus invitus detur episcopus, sed nec oppressione potentium persuarum ad consensum faciendum cives aut clerici, quod dici nefas est, inclinentur; quod si factum fuerit, ipse episcopus qui magis per violentiam quam per decretum legitimum ordinatur, ab indepto pontificatus honore in perpetuum [*T.* 1, 2, perpetuo] deponatur.

XII. Nullus vivente episcopo supponatur.

Ut nullus vivente episcopo alius supponatur aut superordinetur episcopus nisi forsitan in ejus locum quem capitalis culpa dejecerit.

XIII. De elemosynis non alienandis.

Ne cui liceat res vel facultates ecclesiis aut monasteriis vel xenodochiis pro quacunque elemosyna delegatas e retentare, alienare atque subtrahere: quod quisquis fecerit, tanquam necator pauperum, antiquorum canonum sententiis constrictus ab ecclesiæ liminibus tandiu excludatur quandiu ab ipso ea quæ sunt ablata vel retenta reddantur.

XIV. Nullus alterius Ecclesiæ res accipere præsumat.

Ut nullus episcoporum aut cujuslibet ordinis clericus vel alia quæcumque persona quibuslibet conditionibus seu in uno regno seu in alio positus alterius cujuscumque Ecclesiæ res aut petat aut præsumat accipere: quod si fecerit, tandiu habeatur a communione altaris vel ab omnium fratrum ac filiorum

A charitate suspensus, donec ipsi Ecclesiæ cujus directo ordine juris est ablati restituat.

277 d XV. De conservatione xenodochii Lugdunensis.

De xenodochio vero quod piissimus rex Childebertus vel conjugalibus sua Guldragoto regina in Lugdunensi urbe inspirante Domino condiderunt, cujus institutionis ordinem vel expensam, rationem petentibus ipsis, manuum nostrarum subscriptione firmavimus, visum est pro Dei contemplatione junctis nobis in unum permansura auctoritate decernere, ut quidquid præfato xenodochio aut per supradictorum regum oblationem aut per quorumcumque fidelium elemosynam collatum aut conferendum est, in quibuscunque rebus aut corporibus, nihil exinde ad se quolibet tempore antistes Ecclesiæ Lugdunensis vocet aut ad jus Ecclesiæ transferat: aut succedentes sibi per temporum ordinem sacerdotes non solum aut de facultate xenodochii ipsius stabilita aut de constitutione nihil minuant, sed dent operam qualiter rei ipsius stabilitas in nullam partem detrimentum aut diminutionem in aliquo patiat; providentes intuitu retributionis æternæ, ut præpositi semper strenui ac Deum timentes decedentibus instituantur, et cura ægrotantium ac numerus vel exceptio peregrinorum secundum inditam institutionem inviolabili semper stabilitate permaneat. Quod si quis, cujuslibet potestatis aut ordinis persona, contra hanc institutionem nostram venire tentaverit, aut aliquid de consuetudine vel facultate xenodochii ipsius abstrahat, aut xenodochium, quod avertat Deus, esse desiinat, ut necator pauperum irrevocabili anathemate feriatur.

XVI. De non auferendis ecclesiarum oblationibus.

Quisquis etiam aut majorum aut mediocrium personarum quocunque munere vel facultate sacerdotibus, aut ecclesiis, aut quibuslibet locis sanctis studio mercedis pro Dei contemplatione collatas, aut ea quæ a parentibus donata nascuntur, postmodum auferre præsumperit, superiori sententia ut necator pauperum a communione privetur.

XVII. Quomodo Ecclesiarum causæ finiendæ.

Placuit etiam, ut si quæcumque persona contra episcopum vel actores Ecclesiæ se proprium creditur habere negotium, prius ad eum recurrat charitatis studio, ut familiari additione munitus sanare ea debeat quæ in querimoniam deducuntur; quam rem si differre voluerit, tunc demum ad metropolitanam audientiam veniatur: de qua re cum **278** litteras suas metropolitanus ad comprovincialem suum episcopum dederit, et causa ipsa inter utrosque quacunque transactione amicis mediis non fuerit definita, ut ipsi metropolitanis necessarium sit in eodem negotio iterare rescriptum, et secundo admonitus sanare, mittere aut venire distulerit, tandiu a charitate metropolitanis sui se noverit esse suspensum donec ad præsentiam ejus veniens causa ipsius de qua petitur

* In Codicibus: præsumperit ordinandum; omissa est vox ordinandum, ut in U.

b B.R., T. 1, 2, U., invitus ordinetur.

c B.R., T. 1, 2, U., religatus.

d Hic canon desumptus est ex Codice Æ.; nam in reliquis Codicibus delicit.

reddiderit rationem. Quod si patuerit episcopum ipsum contra iustitiam fatigatum, et is qui eum fatigat injusta interpellatione pulsavit, anni spatium a communione ecclesiastica suspendatur. Si metropolitanus a quocunque comprovinciali episcopo bis fuerit in causa propria appellatus, et eum audire distulerit, ad proximam synodum quæ constituetur negotium suum in concilio habeat licentiam exercendi: quidquid pro iustitia a comprovincialibus suis statutum fuerit, studeat servari.

XVIII. ^b Comprovinciales ad concilium vocati venire teneantur.

Id etiam huic decreto credimus inserendum, ut si quis de comprovincialibus episcopis a metropolitano suo ad concilium intra suam provinciam fuerit evocatus, et præter evidentem infirmitatem ad concilium venire distulerit, atque a synodali conventu antequam cuncta convenient sine comite concilii ipsius discedere fortasse præsumpserit, sicut est præcedentibus regulis statutum sex mensibus a missarum officio suspendatur: quod si concilium faciendum quæcunque necessitas illata distulerit, a metropolitano suo veniam postulans, ad missarum faciendarum gratiam revocetur.

XIX. De oblatione puellarum in monasteriis.

Quæcunque etiam puellæ, seu propria voluntate monasterium expetunt, seu a parentibus offeruntur, annum in ipsa in qua intraverint veste permaneant; in his vero monasteriis ubi non perpetuo tenentur inclusæ, triennium in ea qua intraverint veste permaneant, et postmodum secundum statuta monasterii ipsius in quo elegerint permanere vestimenta religionis accipiant. Quæ si deinceps, sacra relinquentes loca, sanctum propositum sæculari ambitione transcenderint, vel illæ quæ in domibus propriis, tam puellæ quam viduæ, commutatis vestibus convertuntur, cum his quibus conjugio copulantur ab Ecclesiæ communione præventur: sane si culpam sequestratione sanaverint ad communionis gratiam revocentur.

279 XX. De visitatione incarceratorum.

Id etiam miserationis intuitu æquum duximus custodiri, ut qui pro quibuscunque culpis in carceribus deputantur, ab archidiacono seu præposito ecclesiæ diebus singulis dominicis requirantur, et necessitas victorum secundum præceptum divinum misericorditer sublevetur, atque a pontifice statu a fidelis et dil genti persona, quæ necessaria provideat, eis competens victus de domo ecclesiæ tribuatur.

XI. De sustentandis leprosis.

Licet propitio Deo omnium Dei sacerdotum vel quorumcunque hæc cura possit esse fidelium, ut egentibus necessaria debeant ministrare, specialiter tamen de leprosis id pietatis causa convenit, ut unusquisque episcoporum quos incolæ hanc infirmi-

atam incurrisse tam territorii sui quam civitatis agnoverint, de domo ecclesiæ juxta possibilitatem victui et vestitui necessaria subministrent, ut non his desit misericordiæ cura quos per duram infirmitatem intolerabilis constringit inopia.

XXII. De annua synodi provincialis celebratione et de prætorum canonum observantia.

Illis itaque Domino propitio constitutis, quod præcipue in omnibus Patrum conciliis habetur scriptum congrua definitione sanemus: intra anni circulum unusquisque metropolitanus episcopus junctis in unum locum comprovincialibus suis intra provinciam suam studeat habere concilium, ut aut si qua accesserint charitatis emendentur studio, aut si pax regulis vel disciplinis injunctis Deo adjuvante permanserit, auctore bonorum omnium Deo charitate et præsentia gratulentur. Hæc ergo Deo propitio constanter et unanimiter definita servantes etiam prætorum statuta canonum id decernimus, ut Christo auctore deinceps inconvulsa universa serventur, ut manente concordia, quæ divina inspiratione salubriter in præsentis tempore definita sunt amodo et habeant vigorem, et custodiant charitatem.

In Christi nomine sacerdos Ecclesiæ Lugdunensis constitutionem nostram relegi et subscripsi.

• Hesychius Ecclesiæ Viliensis episcopus subscripsi.

Nicetius Ecclesiæ Treveræ episcopus subscripsi.

Desideratus Ecclesiæ Bituricæ episcopus subscripsi.

Aspasius Ecclesiæ Elosæ episcopus subscripsi.

280 Constitutus Ecclesiæ Synocynicæ episcopus subscripsi.

Placidus Ecclesiæ Miticensis episcopus subscripsi.

Firminus Ecclesiæ Ucenæ episcopus subscripsi.

Agricola Ecclesiæ Cabillonensis episcopus subscripsi.

Urbicus Ecclesiæ Trucensis episcopus subscripsi.

Rufus Ecclesiæ Octodorensis episcopus subscripsi.

Gallus Ecclesiæ Arvernensis episcopus subscripsi.

Saffaricus Ecclesiæ Parisiacæ episcopus subscripsi.

Domitianus Ecclesiæ Togensis episcopus subscripsi.

Eleuther Ecclesiæ Altistodorensis episcopus subscripsi.

Item Desideratus Ecclesiæ Vredunensis episcopus subscripsi.

Gramaticus Ecclesiæ Vindonensis episcopus subscripsi.

Tretecus Ecclesiæ Lingonicæ episcopus subscripsi.

Nectarius Ecclesiæ Augustodunensis episcopus subscripsi.

Eusebius Ecclesiæ Sanctonicæ episcopus subscripsi.

Procleianus Ecclesiæ Ausicæ episcopus subscripsi.

decem tantum demumerantur episcopi: *Hesychius, Nicetius, Desideratus, Aspasius, Agricola, Urbicus* (T. 1, 2, Urbicus), *Rufus, Basilus, Avulus et Hilarius*.

^a T. 1, 2, U., G., observare.

^b Illic et sequentes canones ex *Æ. Codice* desumpti sunt: desunt in A. et cæteri Codicibus.

^c Omnium episcoporum subscriptiones ex *Æ. Codice* de prompta sunt. In A. cæteri que Codicibus

Maximus Ecclesiæ Calulcæ episcopus subscripsi. A
 Bibianus Ecclesiæ Agennensis episcopus subscripsi.
 Aphthonius Ecclesiæ Anqualesimæ episcopus subscripsi.
 Douterius Ecclesiæ Viennensis episcopus subscripsi.
 Lætho Ecclesiæ Constantinæ vel Brionensis episcopus subscripsi.
 Passivus Ecclesiæ Agensis episcopus subscripsi.
 Clematus Ecclesiæ Carpentoratensis episcopus subscripsi.

Vellesius Ecclesiæ Vappocensis episcopus subscripsi.
 Aridius Ecclesiæ Nevernensis episcopus subscripsi.
 Hilaris Ecclesiæ Denlensis episcopus subscripsi.
 Clementinus Ecclesiæ Apteusis episcopus subscripsi.
 Palladius Ecclesiæ Telonensis episcopus subscripsi.
 Basilus Ecclesiæ Glamaticæ episcopus subscripsi.
 Avulus Ecclesiæ Aquensis episcopus subscripsi.

CONCILIA HISPANIÆ.

XXXVIII

CONCILIUM ELIBERITANUM

DECEM ET NOVEM EPISCOPORUM, CONSTANTINI TEMPORIBUS EDITUM EODEM TEMPORE QUO ET NICÆNA SYNODUS HABITA EST ^b.

281-282 Cum consedisent sancti et religiosi episcopi in ecclesia Eliberitana, hoc est: Felix episcopus Accitanus, Osius episcopus Cordubensis, Sabinus episcopus Hispalensis, Camerianus episcopus Taccitanus, Sinagius episcopus Epagrensis, Secundinus [B.R., Secundus] episcopus Castulonensis, Pardus episcopus Mentesanus, Flavianus [T. 1, 2, Flavius] episcopus Eliberitanus, Cantenius episcopus Urcitanus, Liberius episcopus Emeritanus, Valerius episcopus Casaraugustanus, Decentius episcopus Legionensis, Melantius episcopus Toletanus, Januarius episcopus de Fibularia, Vincentius episcopus Ossobonensis, Quintianus episcopus Elborensis, Succesus episcopus de Eliocroca, Eutythianus episcopus Rantitanus, Patricius episcopus Malacitanus: item presbyteri ^c, Restitutus presbyter de Epora, Natalis presbyter Ursona, Maurus presbyter Iliturgi, Lamponianus de Carbula, Barbatas de Astigi, Felicissimus de Aleva, Leo Acinippo, Liberalis de Eliocroca, Januarinus a Lauro, Januarianus Barbe, Victorinus Egabro, Titus Ajune, Eucharis Municipio, Silvanus Segalvinia, Victor Ulia, Januarius Urci, Leo Gemella, Tarrinus Castellona, Luxurius de Drona, Emeritus Baria, Eumantius Solia, Clementianus Ossigi, Eutythes Carthaginensis, Julianus Corduba: die Iduum Maiarum apud Eliberim residentibus cunctis, astantibus diaconibus et omni plebe, episcopi universi dixerunt:

I. De his qui post baptismum idolis immolaverunt.

Placuit inter eos: Qui post fidem baptismi salutaris adulta ætate ad templum idolis idolaturus accesserit, et fecerit quod est crimen capitale ^d, quia est

^a In Codicibus: *Eliberritanum*.

^b *Æ.*, T. 1, 2, æra CCLXIII.

^c Presbyterorum nomina desumpta sunt ex Codicibus U. et G., in quibus nonnulla locorum nomina depravata reperiuntur, quæ prout in ipsis exstant

B summi sceleris, placuit nec in finem eum communionem accipere.

II. De sacerdotibus Gentilium qui post baptismum immolaverunt.

Flamines qui post fidem lavacri et regenerationis sacrificaverunt, eo quod geminaverint scelera, accedente homicidio vel triplicaverint facinus coherente mœchia, placuit eos nec in finem accipere communionem.

III. De eisdem si idolis munus tantum dederunt.

Item flamines qui non immolaverint, sed munus tantum dederint, eo quod se a funestis abstinerint sacrificiis, placuit in finem eis præstare communionem, acta tamen legitima pœnitentia: item ipsi si post pœnitentiam fuerint mœchati, placuit ulterius his non esse dandam communionem, ne illuisse ^e de dominica communionem videantur.

283 IV. De eisdem si catechumeni adhuc immolaverunt [U., G., immolarent] quando baptizentur.

Item flamines si fuerint catechumeni et se a sacrificiis abstinerint, post triennii tempora placuit ad baptismum admitti debere.

V. Si domina per zelum ancillam occiderit.

Si qua femina [T. 2, domina] furore zeli accensa flagris verberaverit ancillam suam, ita ut intra [U., G., infra] tertium diem animam cum cruciatu effundat, eo quod incertum sit voluntate an casu occiderit; si voluntate, post septem annos, si casu, post quinquennii tempora ^f, acta legitima pœnitentia ad communionem placuit admitti; quod si infra tempora constituta fuerit infirmata, accipiat communionem.

VI. Si quicumque per maleficium hominem interfecerit.

Si quis vero maleficio interficiat alteram, eo quod

exprimere satius duximus.

^d *Æ.*, B.R., T. 1, 2, *principale*.

^e U., G., *post baptismum regenerationis*.

^f *Æ.*, B.R., T. 1, 2, U., G., *luisse*.

^g T. 1, 2, *post quinquennium, acta*.